

ELABORATOR  
GRAMMATICA  
HUNGARICA.

AD GENVINAM  
PATRII SERMONIS INDOLEM  
FIDELITER EXACTA,  
AFFINIVMQVE LINGVARVM  
ADMINICVLIS  
LOCVPLETIVS ILLVSTRATA.  
TRIBVS VOLVMINIBVS  
COMPREHENSIA.

STVDIO, ET OPERA  
IOANNIS NICOLAI RÉVAI,  
PRESBYTERI SEC. DIOEC. IAVRINENS.  
LINGVAE, AC LITERATYRAE HUNGARICAE  
PROFESSORIS PVBL. ORD.  
IN REGIA SCIENTIARVM VNIVERSITATE  
PESTINENSI.

VOLVMEN TERTIVM.  
IVSSV ACADEMIAE SCIENTIARVM HUNGARICAE  
SVMPTIBVS A CONSTANTINO RÖKK LEGATIS  
E MANVSCRIPTIS MVSEI NATIONIS HUNGARICAE  
NYNC PRIMVM EDIDIT  
SIGISMVNDS SIMONYI,  
LINGVAE HUNGARICAE PROFESSOR PVBL. ORD.  
IN REGIA SCIENTIARVM VNIVERSITATE PESTINENSI.

---

BUDAPESTINI,  
TYPIS SOCIETATIS FRANKLINIAE.

MCMVIII



ELABORATIO R  
GRAMMATICA  
HVN GARICA.

AD GENVINAM  
PATRII SERMONIS INDOLEM  
FIDELITER EXACTA,  
AFFINIVM QVE LINGVARVM  
ADMINICVLIS  
LOCVPLETIVS ILLVSTRATA.

TRIBVS VOLVMINIBVS  
COMPREHENS A.

STVDIO, ET OPERA  
IOANNIS NICOLAI RÉVAI,  
PRESBYTERI SEC. DIOEC. IAVRINENS.  
LINGVAE, AC LITERATVRAE HVNGARICAE  
PROFESSORIS PVBL. ORD.  
IN REGIA SCIENTIARVM VNIVERSITATE  
PESTINENSI.

VOLVMEN TERTIVM.

IVSSV ACADEMIAE SCIENTIARVM HVNGARICAE  
SVMPTIBVS A CONSTANTINO RÖKK LEGATIS  
E MANVSCRIPTIS MVSEI NATIONIS HVNGARICAE  
NVNC PRIMVM EDIDIT

SIGISMVNDS SIMONYI,  
LINGVAE HVNGARICAE PROFESSOR PVBL. ORD.  
IN REGIA SCIENTIARVM VNIVERSITATE PESTINENSI.

---

BVDAPESTINI,  
TYPIS SOCIETATIS FRANKLINIAE.


MCMVIII

A M. T. AKADÉMIA  
FÖTTİKÁR HÍVATALA

219076

*Anomalias eliminare, atque ad puram, sinceramque Analogiam reuocare omnia connisi sumus : — cum Analogia sit anima Linguae. — Ubi Analogia alluxit, omnia simul lucent, ac rident : tam in Grammatica, quae ad Naturam expressa Primigeniae Linguae Characterem implere queat : quam in Originibus, e quibus Naturae item simplicissima uis, et gratia, resplendescat.*

*Alb. Schultens Praef. in Instit. ad Fund. Ling. Hebr.*



ETYMOLOGIAE  
PARS SECUNDA  
DE VOCVM DERIVATIONE.

NOTIONES PRAEVIAE GENERALES.

§. I.

DEFINITIO DERIVATIONIS.

Iam diximus (*in principio etymologiae*) derivatio- 5  
nem esse vocum de voce priore deductionem per  
adiectiones varias, quibus originis prima notio in  
deductis augetur notionibus secundariis.

A. VBERIOR EXPLANATIO.

Vocum derivatio, humanae docilitatis inventum  
aliquanto posterius, est linguae iam adolescentis, et adhuc  
egenae, amplior evolutio, et locupletatio iam artificiosa.

Rebus nempe in sensus incidentibus, observatisque  
earum proprietatibus, variis actionibus, motibusque in-  
ternis, data sunt principio necessaria nomina: quae  
prima fuerant voces humani sermonis, soni, quem res  
illae edere audiebantur, imitatione natae. Hae porro ultro  
suadebant effingenda et alia de se vocum genera, ad  
exprimendas varias notiones secundarias, cum iis primis  
excitas. Sic de nominibus, quae sola erant initio sub-  
stantiarum nempe, et qualitatum vocabula, actionum  
item, et passionum statuumque, et ista quidem vel sim-

plici forma prima verborum quoque usu statim accepta,  
 orta sunt verba formalia; de his iterum nomina ite-  
 rumque, | verba, et nomina alia auctiora deducta, eoque  
 ipso significantiora per adiectiones accumulationes; for-  
 mata eodem tempore et adverbia, formatae postpositio-  
 nes, et coniunctiones. Et hoc quidem artificium, quod  
 in derivatis vocibus nostris conspicitur, cum admirandum  
 est, tum vero servit etiam ad insignem linguae nostrae  
 commendationem. Ultro enim prodit iam mature obti-  
 gisse linguae nostrae culturam feliciorem, originibus  
 nostris beatiore sede aliqua positis, reque domestica  
 florente.

## B.

## LINGVAE ORIGO.

Linguae ortum iam in exordio attigimus (*in introductione*); quantum sat esse putavimus ad praecipua  
 vocum genera strictim explicanda. Sed vocum derivatio,  
 ut penitus intelligatur, de eo poscit aliquanto exactiora.

Nos cum Adelungo (*in Systemate Linguae Germanicae*)  
 eos recte sequi videmur: qui linguam aiunt esse inven-  
 tum hominum, et eorum quidem adhuc rudium; idque  
 non fortuitum, neque ad voluptatem quaesitum, vel  
 consilio lectum; sed arreptum necessitate, quam imposuit  
 ipsa hominum natura ad vitam socialem propensa; coep-  
 tum revera, provectumque ope auditus naturalium sonor-  
 um imitatione.

Rudi hominum statu, et confusa rerum percep-  
 tione, erant et linguae initia rudia, et obscura. Huius  
 voces primae, soni monosyllabi, unica oris apertura editi,  
 erant principio motuum internorum eruptiones, numero  
 7 satis exili; deinde, sonorum naturalium, seu ipsius | na-  
 turae sonantis imitationes, eaeque multo frequentiores.  
 Externa nempe obiecta, sensibus percepta, ut signaren-  
 tur, nomen acceperunt soni, quem edere audiebantur,  
 imitatione.

Adelungus notat in lingua Germanica voces simpli-  
ces abundantem partem quintam esse manifestas nat-  
uralium sonorum imitationes. Scimus vero et nostram  
linguam Hungaricam onomatopoeiis esse refertissimam.  
Talia sunt ex. gr. *tsep*, gutta; *tsók*, osculum; *fzél*, ventus,  
etc. Prima praesertim vocum semina, quam plurima:  
*patt*, *rett*, *pih*, *sü*, etc. de quibus sunt verba: *patt-og*,  
crepat; *rett-eg*, tremit; *pih-eg*, anhelat; *sü-t*, assat; *sü-l*,  
assatur, etc. Certe lingua quaeque, quo simplicior est,  
quo tenacior primae originis, eo frequentioribus resonat  
onomatopoeiis.

Tuto autem applicamus ad linguam nostram, quod  
idem Adelungus de Germanica ait facile probari posse:  
et secundam partem quintam vocum principio fuisse  
imitationes naturae sonantis; postea vero quadam simi-  
litudine translatas esse ad obiecta non sonantia, abstracta  
a sensibus. Sic *spiritus* nobis *lélek* deductum est nomen  
de verbo *léh*, *léh-e/z*, *léh-ek*, spirat, spiras, spiro.

Quin et tertia pars quinta vocum, in primis nostra-  
rum, clare nunc quoque ostendit sonantem proprietatem  
suam in remotissima antiquitate, in linguis affinibus:  
cuius generis voces cultura posteriore, et | rerum percep- 8  
tione pedetentim expolita, deflexerunt per figuras, et  
significationes translatas.

Ex his demum valde verosimiliter inferimus: et  
reliquas duas quintas vocum non alia esse origine. Quam-  
vis adsunt nonnullae alio fonte deductae: suntque aut  
internorum motuum, ut iam supra diximus, expressiones,  
ex gr. *ah*, *oh*, *hej*, *én*, *te*, *ö*; aut vero nata origine for-  
tuita, ut *abba*, *papa*, *amma*, *mama*, *tata*, *ata*; quae serius  
in gratiam infantum efficta, propterea sunt adeo com-  
munia; quod infantes, sub quovis coelo, ante omnia has  
syllabas balbutire discant.

Voces itaque, seu lingua vocum complexio, ortum  
suum debent auditui: cuius adminiculo eas humana do-

cilitas effinxit tam varias, et copiosas. Prima perceptio sonori in natura fuit utique obscura: quare et eius expressio procul dubio fuit sonus adhuc asper. Sed frequens observatio, et exhibita diligens attentio perceptionem redididerunt clariorem; atque una et expressio effecta est sensim lenior.

Nata sunt hoc pacto primum nomina obiectorum per se subsistentium; quae cum primis in oculos incidereunt, et auditu percepta sunt. Eodem vero tempore excitarunt hominum attentionem etiam proprietates rerum, actiones, passionesque et animorum motus varii: quibus aequae nomina data sunt.

Et voces quidem omnes linguae primigeniae, quemadmodum et Iahnus (*in Praefatione in Grammaticam Aramaeam*) aliique probe observant, mera nomina fuerunt, substantiva nempe, et adiectiva: cum re vera necessum fuerit rebus perceptis ante omnia nomina indere. Sed mox et verborum usum, quae huius erant naturae, actionum nempe, et passionum, statuumque nomina, rudi quodam modo praestiterunt plurima: qualia supersunt non pauca et in nostra lingua; in orientalibus vero, primigeniae linguae progenie clariore, Hebraica scilicet, Chaldaica, Syriaca et Arabica, multo plura. Serius, aucta iam humana facultate, res ipsas et rerum adiuncta distinctius percipiendi, formata sunt verba artificiosa; et de his iterum nomina auctiora, et verba alia; item et adverbia, postpositiones, et coniunctiones; singula per adiectiones varias, voculas omnino significantes, easque incrementibus derivationibus accumulatas. Quod artificium si spectemus in lingua nostra, de qua praecipue agimus, ultro observare debemus: primos eius auctores, altissima iam aetate, quantam vel affines linguae cum nostra comparatae non obscure indicant, viros fuisse egregie exultos, mire perspicaces, subtiles, facilesque in distinguendis rebus, earumque adiunctis. Quorum cognitione ita incremento

evolut se una et ipsa adolescens lingua nostra: quod iidem ad exprimendas tot notiones primarias et secundarias his coniunctas etiam vocum modificationes multiplices, et convenientes, effinxerint. Linguam certe nostram de vocibus primitivis simplicibus, | quarum ea <sup>10</sup> iustum habet copiam, ad admirationem usque locupletarunt innumeris aliis auctioribus. Derivatae enim voces, et breviores et prolixiores, vocalis pluribus varie concretae, cum accumulatas excitant notiones, sermonem nostrum reddunt mire *energeticum*, revera orientalem. Huius dicti veritatem mox probabunt ipsae derivationum leges accuratius evolutae.

Sed in eo quidam adhaerent: si primigenia lingua imitatio est naturae sonantis, cur omnes voces radicales eiusdem significationis non simili sunt sono in linguis omnibus? Sunt vero illae magis etiam, quam vulgo putentur: modo quis artem norit plurium linguarum voces in suas veras radices resolvendi; regrediaturque, quoad usque potest, in altissimam linguae cuiusque aetatem. Sed etiamsi maior esset, quam revera sit, earum differentia, facilem ea explicatum habet. Tanto haec fidentius profero, quod ea iterum Adelungi sint verba.

Primi enim soni, ait ille, quibus homo recens, nondum expolitus naturae filius, huius sonos imitari studuit, erant asperi adhuc, et intermixti quibusdam sonis secundariis. Cupidus enim animus contendit omnia uno impetu exprimere. Inde est, apud gentes incultas, illa consonantium frequens adhuc accumulatio. Accidente cultura maiore, posteaquam soni oris ad certum | numerum restringi cooperunt, radicum soni asperiores resoluti sunt apud diversas gentes in alios aliosque sonos vicinos. Sic Latinorum *frag-or* Graecis est *χρεξ-ειν*, Germanis *krach-en*, nobis *rop-og-ás* a semine *rop*, uti priora a *frag*, *χρεξ*, *krach*.

Deinde unus idemque sonus naturae saepe varie

- ✓ auditur in natura ipsa: familiaque ista hunc potius, alium sumsit alia imitandum in denominando; aut vero unum eundemque sonum radicalem, a patribus acceptum, percipiendi facultate magis exulta, conata est modis variis exprimere. Esto pro exemplo *tonitru*. Quam varius est huius sonus, quam varium et nomen! Hebraeis *rām*, Slavis *hrom*, et *grom*, Germanis inferioribus *grommel*. Ab alio eius sono indit ipsi nomen Scandinavianus *hor*, suerno *thorn*, Germanus superior *donner*, Persa *tounder*, Sueuus *þrōvrt-η*, Hungarus *dör-g-és*, *tsatt-an-ás*, a simplissimis radicibus primis *dör*, *tsatt*. Et omni hoc discrimine, licet tam aperto, quis tamen in his non ultiro agnoscat naturae imitationem?

Puto vero eadem hac explanatione satis me et illis respondisse: quibus placere non potest primigenia lingua, in scriptis meis tam saepe repetita. Eam quidem linguae omnes, remotius licet aliae, aliae proprius, clare tamen indicant; et viri docti, linguarum studio illustres, ultiro amplectuntur. Et ego plane mihi persuasum habeo, illam esse eandem, cuius vestigia, rara | consensione, et certissimo propinquitatis indicio, tot supersunt in lingua Hebraica, Chaldaica, Syriaca, Arabica, aliisque orientalibus, item in Fennicis, et nostra Hungarica, his omnium proxima.

### §. II.

## PARTES IN DERIVATIONE DISTINGVENDAE.

Duplices sunt derivatarum partes, satis et in principio indicatae (*in introductione*): aliae *primariae*, vulgo *radices*, significationem vocis auctae primariam in se continentes; aliae *secundariae*, seu *afformantes*, etiam *affixa formativa*, quae significationi primae adiectione sui addunt significationes secundarias.

## A.

## RADICES.

Porro et radices ipsae, in nostra praesertim lingua accuratius distingvendae, aliae sunt *nudae*, *formatae* aliae.

## 1.

## RADICES NVDAE.

Voculae primigeniae, naturalium sonorum imitatione unica oris apertura expressae, proinde revera monosyllabae, sunt nobis *radices* | *nudae*, quae etiam 13 *semina prima* dicuntur vocum reliquarum, ampla, et augusta significatione praedita.

Hae propriae sunt voculae adolescentis linguae, primigeniae: qua dudum iam penitus mutata, et exoleta, partem maximam et ipsae exoleverunt, usu quidem separato; sed sparsim tamen audiuntur iam auctae in linguis aliis, de illa prima serius enatis; resectisque accessionibus ipsi pro harum indole adiectis, pulcherrime restituuntur. Et linguae posteriores, quo plures harum retinere compriuntur, eo sunt propiores primae origini suae, eoque magis inter se cognatae.

Tales et in nostra lingua multas superesse, nobis cum aliis gentibus communes, probant *Vocabula Hungarica Orientalibus et Septentrionalibus cognata*; verum complures earum et in hoc opere e re nata proferimus.

Eas autem aperte restitui posse, adhibita partium resolutione, lubet exemplo docere. Verba iam supra adducta, *süt* et *sül*, assat, assatur, communem habent primariam significationem *assandi*. Sed differunt secundaria: cum in altero sit *assatio significatione activa*; in altero eadem *assatio significatione passiva*. Hoc discrimen faciunt certe accessiones differentes: in altero litera *t*, in altero litera *l*. His differentiis resectis, quod utrobique purum

14 restat, est plene | consentiens *sü*; est ipsum certe semen primum, vocula linguae primigeniae, nominis valore *assatio*. Asyllabum *t* iam scimus esse de *et*, vocali postposita *te*, unde est *te-fz-em*; et asyllabum *l* esse de *el*, vocali postposita *le*, unde est *le-fz-en*: ut proinde *fü-t* proprie hoc reddet, *assationem-facit*, *fü-l* vero *assatio-fit*, id est, *assat*, *assatur*.

## 2.

## RADICES FORMATAE.

Aliae sunt *radices formatae*, voces adiectiōnibus auctae de radicibus nudis, significatione hoc pacto restricta, et magis determinata, bonam partem et hae monosyllabae. Tales factae sunt adiectae voculae afformantis vocali absorpta; vel cum voculae primitivae vocali in unam longam concreta; aut etiam in consonam abeunte. Ut proinde in nostra lingua radices nudae sint quidem voces monosyllabae; sed non vicissim omnes voces monosyllabae nudae sunt radices.

Auctae radices sunt modo dictae: *sü-t*, et *sü-l*; deinde *gyü-l*, congregatio-fit, congregatur; *nyü-l*, protensio-fit, protenditur; *gyü-jt*, congregationem facit, congregat; *nyü-jt*, protensionem facit, protendit; de radicibus nudis, *sü*, *gyü*, *nyü*.

Ad radices formatas referri possunt voces etiam magis auctae; si eae, acceptis novis afformantibus, porro 15 augendae sumantur: ex gr. *irg-al-om*, antique | *irg-al-m*, misericordia; de quo fiat auctius, *irg-al-m-as*, misericordia praeditus, misericors; de hoc porro *irg-al-m-as-ság*, misericordiae status, abundantia, ipsa misericordia significans expressa. In quibus patent radices et aliis nominibus compellatae: *primaes*, *secundae*, *tertiae* etc. deinde *remotae*, *propiores*, *proximae*.

## B. VOCES AFFORMANTES.

Sunt et voces afformantes iam satis clarae: quarum adiectione, radices nudae et formatae, dum increscunt, una et significationibus secundariis augentur, abeuntque in nova vorum genera, et species.

## 1 SVNT OMNINO VOCES SIGNIFICANTES.

Voces eas dicimus omnes, etiamsi nonnullae asyllabae fiant saepe: cum origine sua suit revera syllabicae, et omnino significantes.

Affixa formativa esse voces omnino significantes probare possumus argumento solido. Nam affomatativa haec affixa radices primitivas, quae vel nudae habent iam significationes sibi proprias, easque sua excellentia primarias, significationibus augent secundariis: quas proinde non illic reperiunt, cum antea non adfuerint; sed secum adferunt, cum hae post eorum adiectionem incipient cum illis concretae intelligi: ipsas ergo, cum secum **16** adferant, sibi proprias habent; suntque propterea, ut saepe dicimus, voces omnino significantes.

Idem valet de radicibus etiam formatis, et quomodocunque iam auctis. Hoc enim affomativum, quod posterius adiicitur, ad priores concretas significationes, ad primam nempe, et ad alias secundarias, adfert secum posteriorem novam significationem secundariam.

Sed his grave pondus addunt ipsa affomatativa nostra, diligentius expensa: quorum aliqua et nunc manifestae sunt voces, usu etiam alio; aliqua facile eruuntur eae fuisse in lingua certe primigenia, praesertim linguis affinibus, ad illustrandum, auxilio vocatis.

Verborum potentialium *ad-hat*, dare potest, *kér-het*, petere potest, affomativum *hat*, quod hoc usu solet vocalem congruenter mutare *het*, aperta est vox, revera

verbum eadem significatione, quam et hic exerit, potest; quam habet participii forma in composito vocabulo notissimo *minden-hat-ó*, omnipotens; apud Komjáthium forma simplici, *hat-ó segédség*, potens auxilium; in derivato usitatissimo *hat-al-om*, potentia.

Verborum factitivorum *kér-et*, facit, ut quis petat, *ad-at*, facit, ut quis det, afformativum *et*, vocali congruenter mutata *at*, quis non facile sentiat vocem esse, radicem certe nudam verbi iam aucti *te-fz-en?* Si linguas

- 17 | alias consulat, non adhaerebit in praemissa eius vocali: cum et Turcis *it*, vocali omnino praemissa, sit radix eiusdem verbi *facit*; quid infinitivum habet *it-mek*, facere. Confirmatio erit porro: si viderit idem hoc **תְּחִ** (*ith*) Chaldaeis, et vocali mutata **תְּתִ** (*eth*), Syris, ita esse formativum verborum passivorum **תְּחַפֵּקֶד** **תְּתִ** (*ithpeked*), **אֲתְּחַפֵּקֶד** (*ethpeked*), inspectus est; ut est et nobis nostrum idem hoc *et*, *at*, vocali aequa praemissa *kér-et-ik*, *ad-at-ik*, petitur, datur. Nota vocalium mobilitate, iam non dubitabit, idem *it*, *et*, esse ipsum *te*, vocali postposita: quod veram esse radicem primam ultro indicat vel nostra lingua in verbo potentiali *te-het*, facere-potest; Fennica vero, et Estonica multo clarius, eam per omnes personas nudam inflectendo: *te-en*, *te-et*, *te-e*; *te-en*, *te-ed*, *te-ep*, facio, facis, facit. Quod nos hodie, assumto sibilo acuto, in forma determinata sic inflectimus: *te-fz-em*, *te-fz-ed*, *te-fz-i*; sed olim certe et nos simplicius pronominibus affixis nondum mutatis, *te-fz-én*, *te-fz-ed*, *te-fz-ö*.

Iam ex horum, similiisque, tanta hac evidentia ultro, tutoque inferimus, etiam reliqua omnia, quae implicatoria sunt, eadem esse natura, certe voculas aequa significantes.

- Conamur vero et has locis suis, ut hactenus fecimus, dare accemode elucidatas, linguae nostrae arcanis 18 penitus erutis, fulti cumprimis et adiuti affinium | linguarum adminiculis. Volumus nempe linguam nostram,

quantum assequi possumus, ita sistere: ut illa ab infan-  
tia sua sensim adolevit, solidata est, et confirmata de-  
mum. Sequimur in pervestigando linguae nostrae aucto-  
res: qui, cum in rebus denominandis, naturae sonantis  
imitatione, nil inane protulerint; certe et postea ad ex-  
primendas notiones iam auctas, quidquid sumserunt, id  
omne significans sumserunt.

Huc reieimus eorum probationem, ut remur, suf-  
ficientem: quae de effixis generatim indicavimus iam in  
exordio etymologiae. (a)

## 2. VARIE DIVIDUNTUR.

Voces afformantes habere possunt partitionem  
inter se ab usu, et figura.

### a) AB VSV.

Affixa affomativa partitione ab usu, quo adhi-  
bentur ad formanda alia vocum genera, vel species,  
quadruplicia sunt.

## 1. AFFORMATIVA VERBALIA.

Prima dicuntur *verbalia*, quae tantum verba  
formant, habentque hoc pacto verborum valorem.

## 2. AFFORMATIVA NOMINALIA.

Secunda vocantur *nominalia*, quae sola dum-  
taxat nomina formant, suntque propterea nominum  
valore praedita.

## 3. AFFORMATIVA COMMUNIA.

Quaedam sunt *communia*, quae eadem formant 19  
et nomina, et verba: quamobrem valore sunt pro-  
miscuo, ibi nominum, hic verborum.

## 4. AFFFORMATIVA PARTICULARUM.

Alia sunt demum *affformativa particularum*, quae particulas formant, et pleraque sunt proprie nomina, sed propter accomodam significationem huic usui destinata.

## b) A FIGURA.

Figura vocum sita est in simplicitate, et compositione, quam habent et affformativa affixa.

## 1. AFFFORMATIVA SIMPLICIA.

*Affformativa affixa simplicia* sunt linguae primigeniae voces simplicissimae, monoyllabae, unicam tantum significationem exprimentes: quae si a vocali inchoent, hanc adiectione sui in formandis vocibus plerumque amittunt lege varia, iam saepe exposita; fiuntque ex syllabicis asyllabae.

## 2. AFFFORMATIVA COMPOSITA.

*Affixa affformativa composita* sunt priora affixa simplicia, duo, vel plura etiam, in unum coniuncta; hocque ipso iam dupli, etiam ampliore significacione praedita.

## §. III.

## ORDO PROPONENDI LEGES DERIVATIONVM.

Explanatur leges derivationum ordimur a ver-  
20 bis, duabus potissimum de caassis: primum, quod  
et ipsa lingua, sese evolvens, videatur, auctis iam  
verum nominibus, ante omnia verba tentasse; deinde,

quod nomina auctiora, de verbis formata, multo  
facilius, et clarius percipientur, quam vim habeant,  
praesertim accumulatam; si antea verba sint co-  
gnita, aucta ista vi accumulata. Quare loco secundo  
dicentur derivationes nominum, tertio particularum.  
Suadet demum linguae integritas addendam his  
observationem, primum de usu recto, et vitioso,  
derivationum et resolutionum; postea de peregrinis  
etiam vocibus nostra civitate donatis.

---

## SECTIO PRIMA DE VERBORVM DERIVATIONE.

### NOTIONES PRAEVIAE SPECIALES.

---

#### §. I.

#### AFFORMATIVORVM FVNCTIO DIVERSA.

Affomativa verborum affixa alia formant verba de nominibus tantum; alia et de nominibus, et de verbis; quaedam de solis verbis. Non ergo quaeque 21 de quibuscumque vocibus formant | verba: et iis, quae formant, pro significatione sua variam induunt speciem, imo et genus. Nova verba de verbis formata, praeter mutatam speciem, saepe et genus, priorum significationem intendunt.

#### II. §.

#### AFFORMATIVORVM CERTVS ORDO.

##### A. AB AFFIXIONE.

Inter affomativa est certus ordo: quo in formandis verbis, accumulata significatione, alia aliis priora sunt. Hunc, quoad fieri potest, servare conamur et nos: ut linguae, sese efformantis, cursum fideliter sequamur. Erit vero hoc pato et vis accumulata derivatorum prolixiorum multo clarior, per-

ceptuque facilior; si eorum afformativa priora, ea serie, qua se in affixione consequuntur, postremis iam explanata praecesserint.

B.

## A FIGVRA.

Offert se porro et alter ordo, naturae conveniens: ut de his afformativis, ita iam proponendis ante omnia praemittantur simplicia; postea sequantur composita. Ultima erunt duo peculiaria, omnibus verborum speciebus nexilia, et simplici et accumulata affixione natis; sed et horum alterum prius altero.

## §. III.

## VERBORVM GENERA, ET SPECIES.

Genera, et species verborum, quae his a varia afformativorum significatione varie dantur, | opportunitas indicamus in ipsa horum evolutione. Erit vero locus ea etiam numerata in ordinem redigendi, contractaque ob oculos ponendi.

Nunc sufficiat de iis quaedam nosse strictim dicta.

A.

## GENERALIA PRIMA.

Afformativa potiora, praesertim simplicia has habent significationes: *est*, *fit*, *habet*, *facit*, *agit*, *operatur*. Quae notiones, vario sono expressae, a variis nempe familiis primis, vel ab eadem etiam pro varia percipiendi facultate, varias dederunt voculas simplices, fere synonymas quidem, ut esse videntur, sed tamen vel sono suo alias significantiores aliis. Hae radicibus affixae, iam ut mera praedicata, rerum,

seu subiectorum, de quibus proferebantur, statum expresserunt, pro accommoda significatione sua, vel purum, vel agentem: quo pacto orta sunt prima verborum genera, *neutra* et *activa*; et si neutra lubet subdividere, ut se subdividi patiuntur, *neutro-activa* et *neutro-passiva*.

### B. SPECIES VARIAE.

Alia afformativa, rerum perceptione iam aucta, dederunt voces aliae, aequi simplices, postea etiam compositae, ad exprimendas priorum statuum, puri,  
**23** et agentis, modificationes | varias. Habent ea significationem ut plurimum *inchoandi*, *mutandi in aliiquid*, *continuandi*, *frequentandi*; quibus accedit *intensio*, *diminutio*, praesertim in compositis. Aliud indicat *reflexionem agentis in se*, imo et *status puri in subiectum*, item *reciprocationem*; aliud exprimit priorum omnium effectorem per *alium*; aliud denique *potentiam*. Atque ita horum usu, prima verborum genera increverunt speciebus pluribus: *inchoativis*, *mutativis*, *continuativis*, *frequentativis*, *intensivis*, *diminutivis*; deinde *reflexis*, et *reciprocis*; demum *factitivis*, et *potentialibus*.

### CAPVT I.

## VERBORVM DERIVATIONES PER AFFORMATIVA SIMPLICIA.

De afformativis simplicibus quaedam sunt *rariora*, et ea origine fortasse prima, reliquiae certe antiquitatis remotissimae: quae olim erant usitatoria,

sed postea per desuetudinem sensim intermissa : ut hodie in paucis admodum derivatis supersint. Sunt alia frequentissima alta et haec origine ; quae non magis recepta, passimque adhibita derivata dederunt copiosissima. Sex numeramus de primis, octo de alteris : in summa quatuordecim.

## §. I.

## RARIORA.

A. AM, EM.

De rarioribus primum est afformativum simplex, vocali praemissa, et congruenter mutata, *am*, *em*, cum significatione *facit*, *agit*, *operatur*. Verba formavit pleraque de verbis, quorum vim priorem intendit. Derivata formam sequuntur indeterminatam secundam radice aucta, suntque nobis neutra. Eius accessione ad verbum *foly*, fluit, currit, fugit, factum est *foly-am-ik*, proprie fluxum, fugam-agit-ille, vulgo confluit, confugit.

Sic alia: *fut-am-ik*, procurrit, *tsú/z-am-ik*, prolabitur; *ú/z-am-ik*, adnatat; *vet-em-ik*, proiicit se, depravatur, *él-em-ik*, reviviscit; *fél-em-ik*, extimescit, etc.

A nominibus, soni imitatione natis videntur esse: *fitz-am-ik*, eluxatur; *ir-am-ik*, velociter currit; *iz-am-ik*, collabitur; et hac sunt proinde significatione propria, eluxationem-facit, cursum-velocem-facit, lapsum facit.

Sed vel ista, crebra licet in veterum monumentis, rariora sunt hodie hac formatione simpliciore, usitantur auctiore quae hanc simpliciorem, sibi praemissam, mani-

feste prae se fert: ex gr. *foly-am-od-ik*, *él-em-ed-ik*, etc. deinde *tsújz-am-l-ik*, *fél-em-l-ik*, etc. quae postea loco suo opportunius recurrent.

25 Fuerint olim his multo plura. Et in iis de *áld*, benedicit, fuit certe *áld-am-ik*, cum intensione: cum sit substantivum actionis *áld-am-ás*, media vocali obtusa *áld-om-ás*, proxima formatione directe de hoc altero deductum, benedictis, mercipotus, qui fit inter compreca-  
tiones. Fuit de *kér*, rogat, petit, precatur, poscit, verbum intensius *kér-em-ik*; cum sit substantivum de hoc utique formatum, *kér-em-és*, Komjáthio usitatum: *a' ti kéremési-tek megjelenjenek* (Ad Philipp. IV. 6.); petitiones vestrae innotescant.

Veterum exempla, formatione simpliciore, iam alibi adducta, et hic repetimus. Ex Lépesio: *Semmit sem fél/z, nem folyamol az isteni segétséghez* (De Inf. pag. 322.). Ex Pázmáno: *Minden háborúságimban te hozzád folyamom*. (Thom. Kemp. Lib. III. Cap. VII.) Ex Tinodio: *Sok sereget láta, a' Rátzokkal megfutamék* (C. 1.). Ex Heltaio: *Egy tisztes inas oda futamék* (pag. 268.). Ex Cod. M. S. Transl. Bibl. *Kit az hallván igen felette félemék*. (Esther VII. 6.) *Minden nép megfélemék úrnak ortzájától* (Agg. I. 12.). Addimus pro *iszamik* exemplum ex Komjáthio: *Ha elesendnek (iszamnak) az bünre* (Ad Hebr. VI.). Valamiképen el ne *folyunk* (el ne *veszszünk*, *iszamunk*) (Ad Hebr. II.).

Ultro patet *fitz*, nomen luxationis, soni imitatione natum. Reliqua aequa nomina esse docet comparatio linguarum cum primis orientalium...

Verba alia in *m* desinentia, formae indeterminatae primae radice nuda, in lingua nostra sunt paucissima: duo activa simplicissima, *nyom*, *premit*, *töm*, stipat, neutrum unicum, idque auctius, *terem*, provenit, nascitur.

Valor, quem huic afformativo dedimus, satis evo- 26  
lutus est in explanato infinitivi formativo. Idem hoc est  
et hic: ibi in linguis affinibus vocali postposita, *ma*, *me*,  
*mi*; hic vero ea praemissa *am*, *em*; simplicissimum no-  
men nostrum *mü*, *miv*, vulgo *opus*, *opera*, *opificium*. In  
formandis infinitivis est valore nominis, ut iam vidimus;  
eodem recurrit in derivandis nominibus. Vim verbi exerit  
in deducendis verbis...

Adhibent ipsum hoc formativum et Lappones ad 28  
verba de nominibus derivanda; sed vocali postposita *mu* ;  
et faciendi significatione, quae nobis activa est, eorum  
usu passive exprimenda, *fit*. Sic *kiäuras*, robustus, vali-  
dus, accepto hoc formativo est illis *kiäuras-mu-am*,  
datum exemplum primae personae pronomine auctum,  
validus-fio, validesco; | *poras*, senex, *poras-mu-am*, senex-fio, 29  
senesco; *warras*, sanus, bene valens, *warruos-mu-am*,  
sanus-fio, sanesco; *äppes*, notus, *äppes-mu-am*, notus-fio,  
innotesco.

B.

AP, EP.

Simplex afformativum secundum est vel priore  
rarius, vocali congruenter mutata, *ap*, *ep*, cum si-  
gnificatione *est*, *fit*, etiam *facit*, *agit*. Verba for-  
mavit de verbis potissimum, intensa eorum signi-  
ficatione. Ea, neutris adnumerata, sunt formae  
indeterminatae secundae radice aucta. De *áll*, stat,  
factum est *áll-ap-ik*, stationem facit, vulgo *stat*,  
*subsistit*. Sic de *üll*, sedet, *üll-ep-ik*, considit, subsidit.

A nominibus videntur esse: *tel-ep-ik*, considerat, re-  
cumbit; *ter-ep-ik*, extenditur, diffunditur. Unicum ab *har*,  
morsionis sono naturali, qualis in fructibus carnosis  
auditur, deductum, *har-ap*, morsio fit, morsionem-facit,  
id est mordet, activum est formae indeterminatae primae  
radice nuda.

Alia, quae audiuntur in *p* desinentia, pauca et haec, eaque monosyllaba, primitiva sunt: *tsap*, infligit, ferit; *kap*, rapit; *tép*, vellicat, lacinat; *tsip*, pungit, vellicat, mordet; *lop*, furatur; *lép-ik*, graditur; *kop-ik*, atteritur; *fzop-ik*, lactet, sugit.

Illa superiora hodie usitatiora sunt formatione magis aucta, cui simplicior antiqua praemitti debuit: ex. gr. *áll-ap-od-ik*, eadem significatione subsistit; *áll-ap-it*, constabilit, etc. quae postea | recurrent. Prior formatio, antiquis usitatissima frequens est in Codice M. S. Transl. Bibl. Íme *állapék* én személyem előtt monnal férfiúnak személye, — és jöve és *állapék*, — hol én álok vala (Dan. VIII. 15. 17.). Eandem inter alios adhibuit etiam Tinodius: Elölte *megállapék* a' királynak (h. I.) . . .

### C. AR, OR, ER, ÖR.

**32** Tertium de rarioribus afformativum simplex, crebrius tamen prioribus, vocali congruenter mutata, est *ar*, *or*, *er*, *ör* cum eadem et hoc significacione *est*, *fit*, *facit*, *agit*. Verba formavit de primis seminibus, verbis et nominibus, et in his quidem de onomatopoeiis non paucis. Alia horum sunt in usu formatione prima; alia novis formativis producta, simpliciore formatione antiqua clare praemissa. Illa activa sunt; ista olim neutra fuerunt; utraque formae indeterminatae primae radice nuda.

Verba simplicissima et hodie usitata, *húny*, oculos claudit, nictat, et *nyom*, premit, aucta hoc olim formativo, *húny-or*, *nyom-or*, proprio nictatiofit, pressio-fit, cum intentione quadam nictat, premit, serius increverunt formativis aliis, quae recurrent postea loco aptiore: *húny-or-og*,

*húny-or-g-at, húny-or-ít; nyom-or-og, nyom-or-g-at, nyom-or-ít.*

Ex iis, quae hodie prima formatione usitantur, 33 de nomine *hab*, fluctus, unda, est verbum *hab-ar*, turbat, miscet, agitat, de liquidis, qua actione in iis sit utique fluctus, et undatio...

Nota hodie *ige*, verbum, *ditsō*, gloriosus, vocalibus terminata formativum a vocali inchoans, | acceperunt teum 34 vocalium assimilatione, sequente postea concretione sono producto: *ige-er, ig-é-r, praemittit; ditse-er, dits-ér, laudat*. Sic *esm-é-r*, noscit, horum lege natum esse ultro intellegitur de *esme* iam exoleto, quod olim fuit certe *notitia* nominis valore.

Adduntur onomatopoeiae clarissimae: *tip*, conculandi, *söp*, verrendi sonum imitans, de quibus sunt *tip-or*, conculcat, *söp-ör*, verrit, scopat.

In evolutione verbi substantivi primi memoravimus substantivum verbum Lapponicum *orr*, cui duplex datur significatio, *est*, et *manet*; adiecimus et Turicum cum halitu {obscuro *war*, significatione prima *est*, secunda *habet*, sic prorsus, ut nostrum *vagy-on*. De primigenia lingua superest hoc ipsum et in nostra, sed tantum in derivationibus, auxilio sumtum accomodo, idque purum, et vocali congruenter mutata, *ar, or, er, ör*.

Vtuntur eodem hoc formativo ipsi Turcae. Sic ab *agh*, albus, canus, est ipsis verbum *agh-ar-mak*, albescere, canescere; ab *sara*, flavus, est *sar-ar-mak*, flavesdere; a *géb*, crepatio, est *geb-er-mek*, crepare, mori. De quibus duo posteriora congruunt cum nostris: *sár arany*, aurum fulvum, et *geb-ed*, crepat moritur.

Habent hoc ipsum formativum et Lappones. Ver- 35 bum *patj-et*, forma infinitivi, currere, properare, de radice *patj*, quae, labiali *p* in aliud labiale *f* mutato, con-

gruit cum nostro *fut*, eiusdem significationis verbo, currit, fugit, auctum *er* formativo, *pat-er*, et infinitivi forma expressum, *pat-er-et*, eodem est valore, fugere, effugere. Deinde nomen *rägge*, fovea, verbi usu in forma infinitivi *rägget*, valet fodere, scalpere; idem increscens *ar* formativo, *rägg-ar*, forma iterum infinitivi datum, *rägg-ar-et*, significat excavatum-fieri, foveam-fieri. Sic est derivatum  
**36** verbum | *tässw-or-et*, male valere, de nomine *tässmo*, *tässmos*, male valens.

D. OS, ES.

Quartum affixum simplex, omnium rarissimum, vocali congruenter mutata, est, *os*, *es*. Radicum significationi primariae addit actum citatum, motum celearem, festinationem. Hac sua forma simplici dat verba paucissima aequa de verbis, neutra, et activa, qualia erant ipsa primitiva, eaque formae primae radice nuda.

Sic *fut-os*, cursitat, est de verbo manifesto *fut*, currit; *rep-es*, volitat de *rep*, sono volatus, usu primigenio et hoc verbi valore sumto, volat. Ita etiam *ker-es*, quaerit, investigat, de *ker*; quod est Lapponibus vel hac forma prima verbi valore usitatum, *qwor-et*, datum forma infinitivi, vestigare; nostrum ergo *ker-es*, de eadem radice communi, auctum hoc formativo, significatum habere debet intensiorem, quaeritat. Non absimili modo *ol-v-as*, legit, de *ol*; quod Arabibus ՚ال (chal), sed nobis halitu neglecto usitatum, significatione propria, solutio vinculi, vel ligati, solutio concreti, liquefacio; apud nos etiam translate sumtum ad solutionem literarum concrete scriptarum, in qua celeritas adest semper; itaque *ol-v-as*, *v* euphonico interserto, est citata scripti solutio, id est lectio, verbi valore legit.

Fuit olim *foly-os*, ambulitat, cursitat, de verbo *foly*,

currit, fugit, cum supersit hodieque participium de eo derivatum, nominis valore, *foly-os-ó*, ambulacrum. Et *foly-ó* de ipso *foly*, apud antiquos cursorem, veredarium valuit. Pulchrum est exemplum et huius, et verbi citati in Codice M. S. Transl. Bibl. (Esther VIII. 10.): *a levelek eleresztetének a' folyóktól : kik minden vidék szerint folyosván, az ó leveleket elölkelnék*; literae missae sunt per ve- redarios: qui per omnes provincias discurrentes, veteres literas praevenirent. Addo et aliud: *a' folyók sietnek vala* (Ibid. III. 5.); festinabant cursores.

Idem hoc formativum recurret postea loco 36 opportuno, forma per compositionem iam aucta, et usu aliquanto frequentiore.

Evolvimus et huius valorem, quem dedimus, ex voce olim vera et omnino significante. Est hoc formativum ipsum שׁח (chusch) Hebraicum, forma contracta שׁשׁ (châsch), sed nobis halitu validiore penitus neglecto purum *os*, *es*, verbi valore, festinavit, properavit, alacer, promptus fuit; nominis, et quidem adiectivi valore, festinus, celer, velox. Est Arabicum شَّ (scheew), festinanter incedere, praevertere. Est ipsum *si* nostrum, vocali postposita, motus festini, et citati, sonus naturalis, ex lingua primigenia et nostris maioribus nominis valore sumtum. festinatio; de quo postea verbum est formatum *si-et*, properat, festinat, celerat, radicis et formativi significatio stricte expressa, festinationem facit.

Recurrunt hoc formativum in verbis etiam Fennicis; 37 ut Vhaëlius aperte monet his indicari actus citatos, et diminutos: *auca-is-én*, cum primae personae pronomine affixo, aperio, ab *auki*, apertus; *puhc-as-én*, cursito, a *puhki*, cursus; *cap-is-én*, crepito, a *capa*, piscis aridus, et hoc, ut mihi videtur, a *kap*, *kop*, sono crepitus naturali, quem edit piscis aridus; et *wap-is-én*, trepido, a *wapa*, virga, quae motu minimo facile trepidat . . .

E.

ÁSZ, ÉSZ.

- 69 Quintum afformativum de rarioribus, vocali congruenter variata, est *ász*, *ész*, verbi valore *intendit*, *operam dat*, *procurat*. Verba facit activa formae primae radice nuda de nominibus rerum, in quibus ponitur agentis studium, opera, procuratio.

Sic de nomine *hal*, piscis, eius accessione fit verbum *hal-ász*, piscatur, significatione genuina, piscibus intendit, piscibus operam dat, pisces procurat. Similiter fiunt verba alia, sensu eodem *vad-ász*, venatur; *füty-ész*, sagit, vestigat; *madar-ász*, aucupatur; *eger-ész*, mures capit; de nominibus *vad*, fera; *füty*, sagiendi vis, vel actio, vestigatio; *madár*, avis; *egér*, mus.

- Eadem formatione clarum est haec etiam verba esse nata, formae secundae radice aucta: *eny-ész-ik*, occidit, evanescit; *teny-ész-ik*, sobolescit, fetiscit; de radicibus *eny*, et *teny*, iam dudum exoletis, quarum significatio haec esse debet, occasus, fetura. Pro his alia sunt hodie nomina auctiora, de ipsis verbis deducta; *eny-ész-et* occasus; *teny-ész-et*, fetura. Et istis cum simile sit *term-ész-et*, natura: hoc aeque de verbo simili derivari debuit, quod olim certe in usu fuit, *term-ész-ik*, de *term*, pronunciatus | vocaliore *terem*. Huius significatio verbi valore ista est hodie: primo quidem neutra, provenit, nascitur; deinde activa etiam, fructum profert, procreat, ex gr. *ezen föld is megtermi a' gabonát*, et haec terra

profert frumentum. Cum Arabico תָמֵר (tamar), fructificavit, fructum fecit, tulit, protulit, pulchre convenit et sono, transpositis tantum literis *taram*, *terem*, et ipsa significatione. Quod olim viguit procul dubio et nominis valore, forma vetusta, *term*, ista certe significatione, procreatio: et de quo verbum natum *term-ézs-ik*, genuine redditum, intendit, operam dat procreationi, in lingua nostra aptissimum suppeditavit nomen naturae, procreationi intentae, *term-ézs-et*.

Recurrit idem hoc formativum *ász*, *ész*, etiam nominis valore in formandis nominibus, significatione eadem, exemplis aliquanto frequentioribus.

Eius significatio, quae obscure intelligitur ex usu, indicatur clarissime verbo Arabico, eodem et Hebraico, et Chaldaico. שָׁאַת (*schāā*), Arabibus hoc est valore intendit, operam dedit, procuravit, opus fecit, praefuit faciendo operi; Hebraeis vero, et Chaldaeis significat inmitti, incumbere, occupari re aliqua. In ore nostro eius sibilus | asper abivit in acutum, vocali in affixione, 71 ut plerumque fit, praemissa, et congruenter mutata *á/z*, *é/z*. Apta vocula ad formativi usum, in derivandis hoc sensu et verbis et nominibus.

F.

ÉN, IN.

Sextum de simplicibus affirmativis rarioribus 37 hodie nullo exemplo solitarium, sed consociatum cum aliis posterioribus, ac propterea praeivum, est *én*, *in*. Significationem habet diminuti, modici, paululi, leniusculi.

Iungitur primum cum posteriore formativo asyl- 38

labo *t*, de radice *te*, facit: et compositio *én-t*, vel *in-t*, hac pollet significatione, minute, modice, paulisper, leniter facit.

Sic de verbo *ér*, tangit, attingit, contrectat, nominis valore tactus, attactus, formatum verbum, *ér-én-t*, vel *ér-in-t*, hac est significatione propria, tactum facit minutum, modicum, lenem, attingit leniter, paulisper attrahit.

Tale est *legy-én-t*, vel *legy-in-t*, significatione prope eadem, tangit leniter, mouet leniter, paulisper, de *legy* exoleto, nobis cum Esthonibus olim communi, qui hoc ipsum iam verbi valore adhibent, *lig-uma*, sich röhren, bewegen, sese movere, agitare; etiam auctum, *lig-ut-ama*, röhren, bewegen, movere, agitare, proprio moveri facere. Exemplo singulari, *or*, affirmativo iam praemisso, de *nyom-or* occurrit verbum *nyom-or-én-t*, vel *nyom-or-in-t*, leniter, paulisper affligit.

Connectitur secundo cum formativo composito *g-et*, continuo, iterato facit: sic de verbo *mér*, mensurat, metitur, factum est *mér-én-g-et*, iterato minutim mensurat, metitur; et de nomine *sér*, laesio, sauciatio deductum est *sér-én-g-et*, iterato paulisper laedit, sauciat.

- 39 Datam huic formativo significationem, quam etiam Grammatica Debretzinensis, et Gyarmathiana, satis indicat, probo primum usu nostro iam affixo et composito. In voce *kits-id* et *kits-in*, parvus, exiguis, pusillus, differentes terminationes *id* et *in*, eiusdem valoris, communi radici *kits*, quae congruit cum *kis*, iam parvum significanti, addunt diminutionem aliam ad maiorem blanditiem. Et voculam *id* revera diminutionem valere cum blanditie probat usus, eam hoc sensu acceptans, cum

isthic simplici hac forma *id*, in voce *kits-id*; tum alibi etiam consonae geminatione incrementaliter, *ded*, in vocibus *kis-ded*, parvulus, *édes-ded*, dulcis, suavis; *gyengé-ded*, tener, mollis; de quibus posteriora adverbii forma sunt magis usitata, *édes-ded-en*, dulciter, suaviter, *gyengé-ded-en*, tenere, molliter. Sed vocula *id* par est valore vocalae *in*, ut compositiones ostendunt superiores, *kits-id*, et *kits-in*; quibus additur et *pitz-in*, eadem significatione de radice *pitz*, nobis cum Estonibus communi, ea etiam cum altera diminutione *ke* expressa, *pissó-ke*, klein, parvus, pusillus.

Sed omnem hanc probationem maxime confirmat diminutivum formativum Fennicum, quod re ipsa est *in*, cum augmento *in-en*, ut exempla docent ex Vhaëlio adducta: *kyrsá-in-en*, placentula, a *kyrsá*, placenta; *váhá-in-en*, parvulus, a *váhá*, parvus. Accedit Syrorum usus, apud quos notat Jahni Grammatica Aramaea (pag. 25) etiam ܐ (un) esse formativum diminutivorum, praeter alterum ܘ (us), cum duplex habeant. Exemplum prioris est בְּלָבּוֹ (blobun), libellus.

Exemplum verbi *nyomorént* legitur in Lépesio: *Istennek kezei a' kit megérnek nyomoréntani* (De Infern. pag. 259.); quem manus Dei coepirint afflictare.

Apud eundem recurrent et alia, *mérénget* et *sérén-40 get*. *Méréngeti* et *lövi az ő nyilait* (De Inf. pag. 270.); *Mensurat*, accommodat, collineat et iacit sagittas suas. *Lelkiesmérétnek séréngetése* (De Mort. pag. 124); conscientiae laesio, sauciatio, iterata minuta. Cum dicatur etiam *tekénget*, adspectat, paulisper iterato spectat, modo prorsus eodem, quo ista dicuntur, *mérénget*, *sérénget*: ultro patet eadem analogia de radice *tek* natum esse prius *tek-én*, vel *tek-in*; de hoc postea *tek-én-t*, vel *tek-in-t*, par superioribus *ér-én-t*, *legy-én-t*; quae cum aliis recurrent loco opportuniore inter affomativa composita.

## §. II.

## FREQUENTISSIMA.

## A. EL, OL, ÖL.

Inter affomativa simplicia, quae iam frequentissima recurrunt, primum ponitur vocali congruentem variata *el*, *ol*, *öl*, propria significatione *est*, *fit*, sicuti priora, sed quam mutat saepe et hoc in activam, *facit*, *agit*, *operatur*.

Verba dedit formata de nominibus quam co*i*o sissima, et in his quaedam de seminibus primis; pauca de verbis. Sunt ea significatione pleraque neutra, seu passiva; multa etiam activa. In illis adest hoc formativum saepe asyllabum, vocali absorpta; in istis vero hodie semper syllabicum. Formam inflexionis in multis neutrī sequitur indeterminate secundam radice aucta, in aliis primam | radice nuda, in nonnullis utramque promiscue. In activis autem adhaeret formae semper primae radice nuda. Adiectum radicibus vocali terminatis habet vocalem suam harum vocali assimilatam et concretam.

Semina prima *gyú*, *nyú*, *fü*, *gyü*, *hü*, *sü*, *nyi*, linguae primigeniae voces verae, incensio, protensio, calefactio, congregatio, refrigeratio, assatio, hiatus formatione antiquissima aucta eodem hoc formativo, propria eius vocali absorpta, abiverunt in verba formae primae radice nuda: *gyú-l*, *nyú-l*, *fü-l*, *gyü-l*, *hü-l*, *sü-l*, *nyi-l*; quae vulgo passive redduntur La-

tine, incenditur, protenditur, calefit, congregatur, refrigeratur, assatur, hiat vel patescit; nobis tamen proprie neutra sunt, vera significatione incensio-fit, protensio-fit, sic et reliqua.

Alia neutra cum formativo asyllabo, expuncta 42 eius vocali propria propter assumtum *ik* pronomen, aucta proinde radice in forma inflexionum; *fény-l-ik*, de nomine *fény*, splendor, proprie ergo splendor-fit ille, id est splendet, splendescit; sic *pár-l-ik*, fomentatur, fervescit, de *pára*, vapor, fomentatio; *doh-l-ik*, putescit, de *doh*, putor; *villám-l-ik*, fulgurat, coruscat, de *villám*, fulgur, coruscatio; *fejér-l-ik*, albicat; de *fejér*, albus, sic et alia non pauca.

Sunt vero nonnulla, assumto *ik* pronomine, formativo etiam syllabico, eius consona geminata ad expressionem sonantiorum: ex. gr. de radicibus consona terminatis, *kék*, caeruleus, *kék-ell-ik*, caerulescit; *zöld*, viridis, *zöld-ell-ik*, viret, virescit; de radicibus in vocalem desinentibus *fekete*, niger, *feket-é-ll-ik*, nigricat; *béke*, pax, *bék-é-ll-ik*, pacem init, reconciliatur.

De radicibus *ofsz*, *om*, *bom*, *rom* formata verba sunt usu promiscuo formae utriusque: *ofsz-ol*, *om-ol*, *bom-ol*, *rom-ol*, primae radice nuda; etiam *ofsz-l-ik*, *om-l-ik*, *bom-l-ik*, *rom-l-ik*, secundae radice aucta. 43 Inflexionum exempla promiscua dedimus loco suo (Etym. Part. I. Sect. III. Cap. III. §. III. B.). Posterioribus analoga, de *hám*, *him*, *szám*, formam tenent secundam radice aucta, *hám-l-ik*, *him-l-ik*, *szám-l-ik*; sic etiam de *fosz* subsistit *fosz-l-ik*.

Nomen *oſz*, vox vera Lapponibus, Fennis et Esthoniis, *åſe*, *osa*, *ossa*, est pars, portio. Verbum de eo deductum *oſz-ol*, vel *oſz-l-ik*, hoc est valore proprio partitio-fit, in partes solvitur, dividitur. Sic et *om* iis dem Lapponibus est eversio, inversio; quapropter *om-ol* vel *om-l-ik*, hunc habet significatum proprium, eversio-fit, evertitur.

Horum similitudine ergo, et *bom*, et *rom*, et *hám* sunt voces primigeniae, quarum significatio ex derviatis figenda est: dissolutio, labefactio; ruina, corruptio, decoratio. Sic et *him* est sparsio, dispersio, cuius derivata saepe recurrent in Cod. MS. Transl. Bibl. *Megfordulának* ö *Urokhoz Istenekhez a' himletböl, melybe elhimlettek vala* (Judith V. 23.) : Reversi sunt ad Dominum Deum suum ex dispersione, qua dispersi fuerant. De hoc est *himlő*, participium pro substantivo sumtum, *varioli*, apposite sic dicti, quod sint sparsi per corpus. His nomen aliud est 44 *tséts*, in partibus quam maxime Transdanubianis, | congruens cum Turcico *čič-ek*, resecta *ek* terminatione omnino *čič*, nostra lectione *tsits*, et *i* in *é* acutum abeunte ipsum *tséts*. Demum et *szám* est certe fissio, sulcus, de quo formatum verbum *szám-l-ik* frequens in Comitatu Castri Ferrei audivi ipse posita inter arandum ab hero quaestione, an bene findatur, an bene sulcetur terra, *jól számlik* e a' föld? Horum consona propria est *m*, quae manet ante formativum *l*; sed accidente formativo *t*, de quo dicetur postea, pronunciatiu faciliore abit in *n*: *on-t*, *bon-t*, *ron-t*, *hán-t*, *hin-t*, *szán-t*, evertit, destruit, decorticat, spargit, findit, sulcat. *Foſz* aequem nomen, quod est apud Hebraeos quoque, Chaldaeos, et Syros, pro labiali *f* alia labiali *b* expressum, *baz*, direptio, praeda, spolium: *foſz-l-ik* proinde hoc pollet valore proprio, spolium-fit, spoliatur.

Verba activa plurima, formae primae radice nuda formativo gaudent hodie syllabico, quod olim non

pauca acceperunt asyllabum. Damus et horum exempla: alia de radicibus monosyllabis, *vád-ol*, *tor-ol*, *tsúf-ol*, *füst-öl*, *göz-öl*, *per-el*, *rend-el*, *fül-el*, accusat, vindicat, illudit, fumat, vaporat, litigat, ordinat, | auscultat, proprie accusatorem agit, vindic- 45 tum, ludum, fumum, vaporem, litem, ordinem facit, aurem adhibet; alia de radicibus polysyllabis, *kafzab-ol*, *kóbor-ol*, *ostrom-ol*, *ótsár-ol*, *ének-el*, *érdem-el*, *inger-el*, *vezér-el*, dilaniat, deprædatur, oppugnat, vili-pendit, cantat, meretur, irritat, ducit, vel dirigit; proprie lanienam, prædationem, oppugnationem, vile pretium, cautum, meritum, irritationem facit, duc-torem agit.

Jam adducta sunt ex Telegdio et horum exempla cum formativo asyllabo (Vol. I. pag. 235.): *érdem-l*, *ve-zér-l*, *gyakor-l*: memorata est illic, huiusmodi contractio familiaris fuisse Pétsio, Lépesio, Marosvásárhelyio, aliis-que Scriptoribus probatissimis. Tale est hodieque *aján-l*, commendat, offert, dedicat; et *remény-l*, sperat.

Radices vocali terminatae formativi vocalem suae assimilatam cogunt in unam; ex. gr. de *kapa*, *ligo*, *kefe*, setatium, fiunt verba *kap-á-l*, *kef-é-l*, ligone, setatio operatur, id est, fodit, pastinat, sco-pula setosa verrit.

Geminat porro hoc formativum hac etiam forma consonam suam in verbis nonnullis: *szó-ll*, loquitur, *beszé-ll*, narrat, refert, *segé-ll*, iuvat; de radicibus *szó*, vox, loquela; *besze* et *sege*, hodie iam ex-soletis, sermo, iuvamen.

Uti *szó-ll* est de *szó*, ita est *szá-ll*, descendit, subsi-dit, de *szá*. Habent enim hanc radicem Lappones iam

verbi valore et significatione prorsus eadem, quam et nos damus verbo derivato, plerumque de avibus loquendo: *sovj-et*, volatu subsidere, et *seiw-et*, quod aequo de avibus dicitur, subsidere, subsistere. | Resecta infinitivi terminatio 46 radix utraque *sovj* et *seiw*, neglectis halitibus, in ore nostro fuit purior, *fzá*, nominis valore certe descensus, ipse actus subsidendi.

Sunt denique hoc formativo verba quædam etiam de verbis deducta, formativi consona simplici, et geminata, et verborum forma utraque, radice nempe nuda, et aucta: ex. gr. de *lō*, iaculatur, resuscitato halitu est *lō-v-ell*, aequo iaculatur, sed intensione iam addita; de *néz*, spectat, est *néz-ell*, adspectat, inspectat; postea de *szök-ik*, salit, est *szök-ell-ik*, subsaltat; de auctionibus, *fél-em-ik*, *ir-am-ik*, *ifza-m-ik*, *foly-am-ik*, extimescit, tolutim currit, collabitur, confugit, sunt *fél-em-l-ik*, *ir-am-l-ik*, *ifz-am-ik*, *foly-am-l-ik*, significatione, eadem, nonnihil tamen intensiore.

Posteriorum exempla apud antiquos frequentiora sunt. Peculiare est apud Tinódium: Inkább megfélemlék Frater György a' Tsászártól (B. I.). Deinde apud Silvestrum: Ha ki beszédében el nem *i/zamlík*, fogyatkozás nélkül való férfiú (Jacob. III. 2.); Ha ezeket teenditek, soha el | nem *i/zamlotok* (II. Petri I. 10.). Item apud Lépésium: *Folyamljatok az Istenhez* (De Inferno pag. 257.).

Quædam post formationes accumulatas aucta demum et hoc formativo, ex. gr. *vig-a/fz-t-al*, *eng-e/fz-t-el*, solatur, mitigat, opportunius explicabimus postea expositis primum fornavis ordine prioribus.

In derivandis his verbis formativum *el* est ipsum | 47 *le*, praemissa tantum vocali varians, simplex nempe radix

verbi hodie aucti, *le-/z-en*, fit, est. Vocalem praemittunt et Turcae in eodem suo hoc verbo substantivo, *ol*, forma infinitivi *ol-mak*, esse, et fieri. Vidimus idem usu venire apud Fennos quoque, et Esthones. Eius significatio propria aperta est in deductis verbis neutris, *est*, *fit*. Sed in activis prodit se valor verbi activi, *facit*, *agit*, *operatur*, ut supra sumus experti in formativo *or*. Videbimus vero et *en*, *an*, nobis, Lapponibus, et Turcis, verbi *fit* valore prædictum in derivationibus, Persis, tamen idem usu eodem exerere vim verbi activi *facit*.

Apud Turcas quidem eodem hoc formativo, sed vocali postposita, fiunt verba de nominibus. De *issi*, calidus, calor, quod convenit cum nostro *izzó*, servens, aestuans, fit *issi-le*, infinitivi forma expressum, *issi-le-mek*, calefacere; et de *ís*, opus, actio, fit *ís-le-mek*, operari, agere; de *pas*, rubigo, fit *pas-la-mak*, rubigine afficere, rubiginare; de *kúgiak*, gremium, ulna, *kúgiak-la-mak*, in gremio fovere, amplexi; sicuti de nostro *öl*, idem significante | gremium, ulna, fit *öl-el*, æque amplexitur. Differt 48 ab hoc formativum aliud, vocali iam præmissa, imo etiam significatione, cuius affixione formantur verba passiva de activis: sic de activo *as-mak*, suspendere, passivum fit *as-il-mak*, suspendi; de *bogh-mak*, suffocare, fit *bogh-ul-mak*, suffocari; de *bök-mek*, flectere, fit *bök-ül-mek*, flecti. Sed de hoc recurret observatio nostra in explanando *ül* formativo.

B. EN, AN.

Afformativum de frequentissimis secundum, vocali congruenter mutata, est *en*, *an*, unica tantum significatione prædictum, *fit*. Verba format numerosa de nominibus, iisque simplicissimis, veris plerumque onomatopoeiis. Et hæc neutra sunt omnia sequunturque formam pleraque primam radice nuda,

pauca secundam radice aucta. Significationem suam exprimunt actu simplici semel posito.

Sic facta sunt *rett-en*, tremefit, *lobb-an*, inflamatur, proprie flamma-fit, de veris linguae primigeniae nominibus, *rett*, *lobb*, tremor, flamma.

Sunt ista nobis cum Hebraeis communia. Auditur apud hos רְטֵט (retet) tremor, horror; et לָהַב (lahab), flamma; correptis vocalibus, nobis proinde celeri pronunciati utrumque monosyllabo expressum.

Sic *serk-en*, expergefit, natum de manifesto, exoleto licet iam nomine, *serk*, expergitis. Fuit etiam 49 *dag-an*, vel *dag-an-ik*, olim in usu, tumefit, de *dag*, tumor, cum supersit nomen prolixius de eo deduc-tum, *dag-an-at*, aequo tumor. Sequuntur onomato-poeiae, similiter vera olim nomina, hodie in solis derivatis usitata: *böff-en*, ructat; *bökk-en*, titubat, vacillat; *bugy-an*, ebullit ut aqua; *tsatt-an*, fragorem edit; *tsepp-en*, stillat; *döbb-en*, contremit; *patt-an*, sclopum edit, disploditur; *rezz-en*, consternatur; *topp-an*, supplosio-fit, qualis pede editur. Sonus ructationis *böff*, nominis valore sumtus, ipsa ructatio; additum illi *en*, verbi valore *fit*, *böff-en*; quod proprie igitur hoc est valore, ructatio-fit, primigenia, antiquissima proinde verborum formatione. Sic sunt et alia sumenda, si rite exponantur.

Nomen *botsa*, ipsum *butsú*, *bultsú*, indulgentia, venia, remissio, dedit olim verbum radicis et formativi vocalibus concretis, *bots-á-n*, venia-fit; siquidem superest hodieque nomen de eo formatum *bots-án-at*, eadem significatione, indulgentia, venia, remissio.

De *jel*, signum, nota, apparitio, fit verbum *ra-* 50 dice aucta, *jel-en-ik*, appareat. Similiter de *fog*, quod quidem verbum est, capit, sed hic nominis valore sumtum, conceptio, et efficacia, formatur verbum *fog-an-ik*, concipitur, et nomen de eo deductum *fog-an-at*, conceptus, efficacia. Verbum *törté-n-ik* accidit, evenit, contingit, videtur mihi ultiro indicare radicem suam *törte*, nominis valore certe casus, eventus, contingentia . . .

Frequens est apud Lappones etiam idem *an* for- 53 mativum, more prorsus nostro ad finem affixum, in deri- vandis verbis tantum neutris æque de nominibus. De nomine *tjåke*, nostro ore *tseke*, collectio, quo et nos olim usi sumus, ut clare patet ex Cantilena Antiquissima *Emlékezzünk Eleinkröl*,<sup>\*</sup> formatur illis verbum neutrum *tsek-en-et*, datum forma infinitivi colligi, congregari, con- venire. Sic de *utse*, parvus, quod est formativum diminutivorum et ipsis, et nobis, fit *uts-en-et* | parvum-fieri, mi- 54 nui. De *kedse*, tenuis, arctus, angustus, de radice clara nostri *kesk-eny*, fit *keds-an-et*, attenuari, minui quod ad latitudinem.

Habent et Fenni idem revera formativum usu eodem. De nomine *wanha*, senex, quod est nobis commune cum illis, sed in ore nostro purius, *vén*, fit verbum *wanh-en-én*, in persona prima, senesco, proprie senex-fio; de *sokia*, caecus, *sok-en-én*, caecus-fio, quod tantum halitu in sibilum deflexo differt a nostro *vak*, *hak*, *sak*; de *al*, *ala*, radice æque communi, nominis valore proprio *imum*, sed quod usu accommodo utrisque est postpositio, *sub*, *infra*, fit verbum *al-en-en*, inferior fio.

Auditur porro idem formativum in lingua etiam

\* Rectius *Emlékezzünk régiekröl*.

Turcica, et frequentius quidem, quam in nostra, Lapponica et Fennica. Nam praeter id, quod de nominibus copiosa formet verba neutra, dat etiam passiva de activis, quae sunt accessione formativi *le*, *la*, nata de nominibus.

Idem *issi*, calidus, clarum nomen, quod est iam supra adductum, dat neutrum assumto hoc formativo, *iss-in-mak*, calefieri; et de *boja*, color, tinctura, eodem fit modo *boj-an-mak*, tingi, colorari, geniine redditum, tinctura fit, coloratio fit. Etiam illa quae Meninskius de activis simplicibus notat deduci, et passiva vocat, mallem dicere de nominibus esse deducta, et pro neutrishabere: quod eaedem hae radices primae sunt una et nomina, et verba, usu linguae primae, vera nimirum nomina eadem simplici forma sua etiam pro verbis sumta. Habet hoc ipsum lingua nostra. Idem vero exhibet Lapponica multo frequentius, exemplis quam clarissimis, idem et Turcica. Ipsum hoc *boja*, quod modo adduximus, est etiam verbum, *boja-mak*, colorare, tingere. Sic et *alda-mak*, decipere, debet etiam nomen esse, tametsi iam exoleverit, *alda*, deceptio; et *ald-an-mak*, decipi, quod prioris passivum dicitur, de hoc est potius, et proprie neutrum, deceptio fit. Ita quidem, 55 cum Latine redundunt, | vulgo passive exprimuntur, et nostra et Lapponica, et Turcica; sed formativi indeoles ea in his linguis esse potius neutra clare indicat. Sensit hoc Egregius Concinnator Lexici Lapponici, ab Ihreo editi, et verba huiusmodi, Latine licet passive per ipsum redita, Lapponibus tamen neutra esse fideliter notavit signo *v. n.* id est verbum neutrum.

Huc pertinent et alia, quae vulgo sic dantur: *bezemek*, ornare, apparare, *bez-en-mek*, ornari, apparari; *bilmek*, scire, noscere, *bil-in-mek*, sciri, nosci; *bula-mek*, [sic] turbare, *bul-an-mek*, turbari. Sed huic opportune additur in Meninskio et alia interpretatio, turbidum fieri: ut proinde et superiora sic potius danda esse putemus, ornatum fieri, notum fieri.

Alia sunt, quae affixo eodem formativo passivo fiunt de activis formatis. Tale est *alčiak-l-an-mak*, demitti, humiliari, deprimi, de activo *alčiak-la-mak*, demittere, humiliare, deprimere, et hoc de nomine *alčiak*, nostra lectione *altsak*, quod est a nostro *alats-ony*, tantum adiectivi formativo differens, idemque significat, demissus, humilis, depressus. Deinde *giadū-l-an-mak*, *ḡ* consona dense sibilante, *dsudu-l-an-mak*, fascinari, de activo *giadu-la-mak*, fascinare, et hoc de nomine Persico *giadū*, fascinator, praestigiator. Horum radix prima, nomen substantivum, *giadi*, fascinatio, incantatio, magia, congruens cum nostro *tsoda*, explicat modum loquendi | nobis usitatum 56 *megtasdálták*, infascinarunt ex. gr. infantem, aliter *megigézték*, superstitem revera ex institutione vocis primigenia, cui substituta est *mirandi* significatio, motus animi, ut fieri solet, ad praestigia ultro consequens.

Verba reflexa, subiecti actione in se redeunte, vulgo reciproca, quæ sunt revera huiusmodi, formativum *in non idem* habent, quod modo evolvimus. Huius valorem genuium loco suo indicabimus.

Est vero et Persis familiare idem revera formativum, de quo agimus, nisi, quod activam habet significationem, *facit*, vocali producta *ān*, et verba derivat de neutrī activa, de activis dupliciter activa, utraque factitivis nostris paria. Sic *taz-ān-id-en*, facere currere, facere festinare; quod est una et nomen, *taz*, impetus, impetum faciens, olim et nobis usitatum, cum sibilo tamen acuto *ta/z*; de quo habemus verbum *ta/z-it*, trudit, proprie impetum facit in aliud; quo et superior significatio iam facile conciliatur, currere, hoc est, dato impetu moveri. Deinde *aj-id-en*, venire, in quo est nostrum *jō* vocali postposita, significatione eadem, et *aj-ān-id-en*, facere venire. Similiter de activo *čes-id-en*, gustare, fit secundo activum *čes-ān-id-en*, gustandum dare, facere, ut quis gustet.

## C. AG, EG, OG, ÖG.

57 Frequentissimum afformativum tertium, vocali congruenter variata, est *ag*, *eg*, *og*, *ög*. Eius significatio propria est *iteratio*, *continuatio*. Verba format neutra, omnia formae primae radice nuda.

Et prima quidem derivat de nominibus simplissimis, ipsis nempe onomatopoeiis; de quibus aliquae habent id alternans cum formativo *an*, quando earundem significatio indicanda est iterata, et continua, non actu simplici semel posita, ut in derivatis superioribus; idem vero et plures aliae accipiunt, cum superiore *an* non nexiles, tantum ad iterationem exprimendam. Deducit porro alia de verbis, quae sunt nota formativis prioribus, *or*, *el*, non nullis exemplis et *an*, addita etiam iterationis vi ad actum in iis simplicem praemissis formationibus indicatum.

Sic *rett-eg*, *lob-og*, tremit continuo, flammarum agitat, distincta sunt actu iterato et continuato, a prioribus actum simplicem indicantibus, *rett-en*, *jobb-an*, tremesit, inflammatur. Similiter onomatopoeiae nonnullae de reliquis, quarum pleraque radicis consonam geminatam volunt simplicem ad iterationem ipso etiam pronunciatiu celeri clarius ex 58 primendam: *böf-ög*, *bugy-og*, *tsep-eg*, | *döb-ög*, *tsatt-og*, *patt-og*, ructum iterat, ructat continuo, et reliqua geniine sic reddenda.

Aliae onomatopoeiae, cum *an* formativo non usitatae, suam significationem primam altero hoc for-

mativo iam iteratam exprimentes: *mor-og*, murmurat, proprie murmur iterat; *for-og*, versatur; *dör-ög*, tonat, crepat; *tsáls-og*, garrit, deblaterat; *moz-og*, motatur; *zaj-og*, vociferatur, perstrepit; *in-og*, et hoc motatur; *tsen-eg*, tintinat; *pen-eg*, iterum tinnit, resonat; *zen-eg*, aequo resonat, tonat, etc., de quibus posteriora tenuium vocalium exempla formativi vocalem absorbent, siuntque contractiora iam in forma prima, *n* consona vicinitatem consonae *g* non abhorrente, usu etiam hodierno, *tseng*, *peng*, *zeng* etc.

Verba alia, praemissis derivationibus iam aucta. Prima in *or*: *húny-or-og*, nictitat; *nyom-or-og*, afflatur; *kes-er-eg*, moeret, luget; *köny-ör-ög*, orat humiliter, comprecatur.

Alia in *el*: *füst-öl-ög*, fumat; *göz-öl-ög*, vaporat, exhalat; stricta formativorum significatione, fumus fit iteratus, vapor fit iteratus. Quaedam in *an*, sed quae posterioris formativi vocalem absorbent: *boly-on-g*, erret, vagatur; *bús-on-g*, moeret, tristatur: *ker-en-g*, gyratur, | circumit: formativorum vi genuine 59 redditia, error fit iteratus, moestus est continuo, gyratio fit iterata . . .

In linguis affinibus, Lapponica et Fennica, non reperio hoc ipsum formativum: sunt tamen huius valoris 60 derivationes aliae. Frequentativa verba fiunt in lingua utraque formativo eodem, *al*, *el*. Lapponibus *kåik-el-et* idem est, ac celeriter arescere, de nomine *kåike*, aridus; et *läsk-el-et*, percutere frequenter, de verbo simplici *läsk-et*, percutere; ita etiam *jakk-al-et*, credere, confidere continuo, de *jakk-et*, credere; et *keppet-al-et*, levare frequenter, de *keppet-et*, levare.

Sic est et Fennis *hypp-el-en*, choreas duco ab *hyppå-ån*, salis; *kåw-el-en*, ambulo, a *kå-yn*, eo; et *pit-el-en*, trasto, a *pid-ån*, teneo. Huius formativi valorem dat lingua Hebraica in verbo, usu etiam separato, adhuc superstite, **לְלָאֵל** (*älal*), **אַיִן** (*ain*) halitu represso, altera quoque **לְ** (*lamed*) litera neglecta, radice simplici primitiva *al*, aliquid saepe conari, iteratis vicibus facere.

Idem et nobis pro formativo usitatum recurret inter formativa composita, in explicanda derivatione ampliore, *magasz-t-al*, *engesz-t-el*. Aliud etiam frequentantivorum formativum Lapponicum, congruens cum nostro *or*, *er* producam postea, cum de hoc egero. Turcicae vel aliae derivationes huiusmodi, fiunt per circumscriptiones.

#### D. AD, OD, ED, ÖD

et consona *d* acute sibilante

OSZ, ÖSZ.

Afformativum de usitatissimis quartum, vocali congruenter mutata, *ad*, *od*, *ed*, *öd* et *d* consona, usu praesertim veteri, non raro acute sibilante, *osz*, *ösz*, ipsa etiam vocali rotundius expressa, *osz*, *ösz*, significatione propria, et frequentissima, *fit*, rariore *facit*.

Format verba copiosa; prima de nominibus tam primitivis simplicissimis, quam derivatis auctoribus, iis meris fere substantivis, his | potissimum adiectivis; dat alia de verbis, quaedam de simplicioribus, plura de auctioribus. Et de iis plerisque, quae nata sunt tribus primis formationibus rarioribus. Derivata de radicibus simplicissimis sunt ut plurimum formae primae radice nuda, et inter haec pauca

activa, reliqua omnia neutra. Alia deducta de radicibus iam formatis, nominibus et verbis, nonnullis etiam simplicibus, formam amplectuntur secundam radice aucta, suntque paucis exceptis revera neutra.

De nominibus primitivis simplicissimis, formae primae radice nuda, sunt sequentia. Alia quidem vocali crassa: *ak-ad*, haeret; *ap-ad*, decrescit, deminuitur; *ár-ad*, inundat; *borz-ad*, pilos erigit, horret; *dag-ad*, tumet, tumescit; *fak-ad*, erumpit, manat; *fonny-ad*, flaccet, flascescit; *has-ad*, fatiscit, diffinditur; *izz-ad*, aestuat, fervescit, sudat; *fzal-ad*, evadit, aufugit; sic et reliqua satis numerosa. Alia porro vocali tenui: *ébr-ed*, expergesit; *en-ged*, cedit, obsequitur, indulget; *kegy-ed*, gratiam facit; *senyv-ed*, rancescit, putrescit, tabescit; | *süll-ed*, submergitur; 62 *szenv-ed*, patitur, tolerat; *rep-ed*, scaber fit; *rek-ed*, occluditur; sic reliqua magna itidem copia.

In his *kegy*, gratia, nomen primitivum simplex auditur et hodie; verbum de eo formatum, *kegy-ed*, gratiam facit, est in funebri allocutione vetustissima.

Etiam *ár*, inundatio, est hodieque in usu: dicimus enim *nagy a' viznek árja*, magna est aquae inundatio. Deinde *borz*, vulgo nomen animalis accommoda translatione, *melis*, *taxus*, proprie est pilus, seta, spina; de quo est adiectivum *borz-as*, hirsutus, hirtus, hispidus, sentus; de eodem est verbum *borz-ad*, pilos exigit, quod fit in horrore, inde etiam horret.

Alia licet hodie exoleta aequa nomina fuisse docet formationis analogia, et pleraque confirmant linguae affines, in quibus ea vigent adhuc.

Derivatum *izz-ad*, aestuat, fervescit, sudat, es certe de nomine *izz*, quod apud Turcas eadem signi-

ficatione adhuc superesse iam tertio indicamus, *issi*, calidus, calor.

63 Notandum est idem formativum, absorpta vocali, etiam asyllabum, in usu esse, in his certe verbis: *kér-d*, interrogat, quaerit, rogat; *kez-d*, incipit, inchoat; *küz-d-ik*, radice aucta, luctatur.

Duo priora audiuntur apud Lappones: *kerre*, nobis 64 *kér*, altero *r* per vocalem productum compensato, | illis est consultatio, consilium; de quo habent et verbum *kerr-et-em*, consulto, proprie consultationem facio; deinde *kåd-am*, verbi valore incipio, verborum inchoativorum formativum frequentissimum; radice vera *kåd*, nominis valore initium, principium; nobis *d* litera leniter sibilante *kez*. Persis est idem cum sibilo *aghaz*, nominis valore inchoatio, initium; id ipsum et verbum, *aghaz-id-en*, inchoare, incipere; vocali *a* principio absorpta in ore nostro *ghaz*, *ghez*, *kez*, eadem significatione nominali.

Tertium *küz*, lucta, collisio, praelatio; Hebraeis cum praeformativo נ (nun) in forma *niphah* נִפְחָד (nikasch) impulsus, collitus, concussus fuit; arabibus, auctum מ (mem) afformativo, מַחְזָה (chaz-am), adversatus, rixatus, praelatus est, litigavit, pugnavit. Erant de his formatio-nes primae certe vocaliores, *kér-ed*, *kez-ed*, *küz-öd-ik*, proprie consultatio fit, initium fit, praelatio fit ille; quae postea vocali absorpta factae sunt contractiores, *kér-ö*, *kezö*, *küz-d-ik*, significatione vulgo recepta interrogat, quod utique facit, qui consultat, incipit, luctatur.

Ad radices nonnullas accedit hoc formativum, resuscitato proprio halitu leni, *jed*: sic de *tér*, spatium extensum, adiectivi valore, spatiuosus, planus, derivatur verbum *ter-jed* extenditur, dilatatur. Quaedam habent id cum halitu aspero, *hed*: sic de *bün*, peccatum, est verbum *bün-hed-ik*, pec-

cat, delinquit; de *seb*, *vulnus*, *seb-hed-ik*, *vulneratur*, *sauciatur*.

Tale esset etiam verbum *ger-jed*, incitatur, incenditur, si hoc certo constaret formatum esse de radice *ger*. Eam vero esse potius *gerj*, proinde et verbum de ipsa deductum formativo puro *gerj-ed*, | probat verbum 65 Chaldaicum, et Syriacum, גָּרְגֵּ (gâreg), incitavit, instigavit, provocavit ad rem aliquam, hortatus est; quod nostri contractum videntur accepisse vocali tenui, *gerg*, et *g* posteriore lenius expresso, *gerj*, nominis valore usitatum, incitamentum, provocatio. Sic esset etiam de nomine *vén*, senex, verbum, *vén-hed-ik*; nisi suspicari debemus, idem et nobis fuisse olim cum halitu aspero usitatum, *vénhe*, ut est hodieque Fennicum *wanha*.

De adiectivis nata, quae Latine pleraque passive redduntur, vel per inchoativa, sunt formae secundae radice aucta; ex. gr. *mohos-od-ik*, muscatur; *boros-od-ik*, inebriatur; *nedves-ed-ik*, humectatur; *féruges-ed-ik*, vermiculatur; de adiectivis *moh-os*, muscosus; *bor-os*, vinosus; *nedv-es*, humidus; *férge-s*, verminosus. Radicibus in vocalem desinentibus, formativi vocalis absorbetur: sic de *ifjú*, iuvenis, fit *ifjú-d-ik*, iuvenescit; de *lassú*, lentus, tardus, *lassú-d-ik*, lentescit, tardescit, mansuescit; de *sûrû*, densus, spissus, *sûrû-d-ik*, densatur, spissatur.

De verbis deducta, significatione intensa, quae-dam sunt formae primae radice nuda: ex. gr. de *fog*, capit, prehendit; *nyom*, premit, calcat; *fûl*, suffocatur, strangulatur; *gyûl* | incenditur; *él*, vivit; sunt 66 hoc formativo verba auctiora: *fog-ad*, recipit, suscipit, concipit, paciscitur, vovet; *nyom-od*, aequo pre-

mit, calcet; *fúl-ad*, suffocatur, effocatur; *gyúl-ad*, incenditur; *él-ed*, reviviscit.

Alia, praemissis formationibus primis rarioribus, aucta et hoc formativo, eoque ipso iam significantiora, sequuntur formam secundam radice aucta. Talia sunt primo *foly-am-od-ik*, confluit; *fut-am-od-ik*, fugitat, procurrit; *vet-em-ed-ik*, proicit se, depravatur; *él-em-ed-ik*, reviviscit; de verbis iam formatis, *foly-am-ik*, *fut-am-ik*, *vet-em-ik*, *él-em-ik*.

Deinde *áll-ap-od-ik*, subsistit; *tel-ep-e-dik*, recumbit; considerat; *ül-ep-ed-ik*, subsidit; de verbis prioribus, *áll-ap-ik*, *tel-ep-ik*, *ül-ep-ik*. Postremo *tek-er-ed-ik*, versatur, contorquetur; *kes-er-ed-ik*, amarescit; *nyom-or-od-ik*, opprimitur, afflictatur; *szom-or-od-ik*, constristatur; de verbo activo iam aucto *tek-er*, et de aliis, praemissa formatione sic olim usitatis, licet hodie iam exoletis, *kes-er*, *nyom-or*, *szomor*.

Inter verba irregularia satis evoluta sunt verba de radicibus simplicissimis deducta eodem formativo sibilante (Vol. II. pag. 877); alia etiam indicata de auctioribus, formativo sibilante, et non sibilante, usu promiscuo (pag. 865). De prioribus praecipua sunt: *al-u/zik*, *nyug-o/z-ik*, *alk-u/z-ik*, *fek-ü/z-ik*, *esk-ü/z-ik*, illic cum ceteris recolenda.

67 De posterioribus *tselek-esz-ik*, etiam *tselek-ed-ik*, solum hic resumitur, propter ortum orientalem breviter exponendum. Eius radix *tselek* est arabica, verbi valore ﺖَسْلَكَ (*tsalach*), paravit, refecit, perfecit, a nostris acceptum nominis valore, perfectio, actio; de qua verbum more nostro formatum *tselek-esz-ik* et *tselek-ed-ik*, hac est genuina significatione *perfectio-fit-ille*,

*actio-fit-ille*, usu iam recepto, perficit, agit, verbum revera activum.

Utuntur hoc formativo non sibilante etiam Lappo-<sup>68</sup> nes, more prorsus nostro. Id Ganander exponit accuratius, consonae sono proprio, pleno, ac leni, *od*; quem Lexicon Ihreanum, subtili hoc discrimine non observato, vitiat sono duro, ac tenui, *ot*. Sic de adiectivo *tsappes*, *tsappe*, niger, accedente formativo eodem fit verbum, *tsapp-od-am*, nigresco, congruens cum nostro *sáp-ad*, vicina significazione, subluridus fit; de *welkes*, *welke*, albus, fit *welk-od-am*, albesco; de *warrok*, *wark*, sanus, fit *wark-od-am*, sanesco; de *áimesk*, verecundus, fit *áimesk-od-am*, erubesco.

Est idem et Fennis usitatum. Auditur apud hos verbum *purj-ehd-in*, navigo, de nomine *purje*, velum; *ahn-ehd-en* avarus sum, de *ahne*, avarus; *mur-ehd-in* doleo, a *murhe* tristitia.

### E. ET, IT, ET ASYLLABUM T.

Quintum afformativum, omnium frequentissimum <sup>71</sup> est radix primigenia aucti hodie verbi *te-sz-en*, iam saepe memorata *te*, vocali praemissa *et*; illique geminum *it*, apud Turcas superstes adhuc usu etiam separato; et vocali absorpta solum quoque *t* asyllabum.

Idem hoc formativum triplici forma differens, verba facit activa quam copiosissima, omnia formae primae nuda: alia de nominibus, omnino primitivis, et plerisque onomatopoeiis, de multis item iam auctioribus; alia de verbis, prioribus nonnullis formationibus iam praemissis.

#### 1. T ASYLLABUM.

Formativum *t* asyllabum praebet quaedam verba de primitivis radicibus simplicissimis, natis eru-

ptione prima: de *fu*, nominis valore fuga, *fu-t*, proprie fugam-facit, fugit; de *la* visus, visio *lá-t*, visum facit, videt.

72 Evolutionem verbi *fut* ultro dat usus Esthonum: apud quos radix primigenia *pa*, *p* in *f* mutato *fa*, in ore nostro *fu*, verbi valore usitato, sic inflectitur per personas: *pa-an*, *pa-ad*, *pa-ab*; fugio, fugis, fugit; ich fliehe, du fliehest, er fliehet, etiam entfliehest. Est ea apud Persas quoque sic nuda, in forma imperativi, quae est radix verborum *puj*, curre, in forma infinitivi *puj-id-en* currere, festinanter ire. De radice *la* egi satis in originibus pronominum personalium (pag. 325.)

Idem plura dat verba de aliis radicibus primigeniis, plerisque onomatopoeiis; quibus, ut neutra fierent, adiectum est *l* asyllabum; cumque hoc, ut eadem activa fiant, alternat formativum *t* aequo asyllabum, substitutum in eius locum: *fü-t*, calefacit; *hü-t*, refrigerat; *sü-t*, essat; *nyi-t*, aperit, patescere facit.

Errant ignoratione veri usus, qui priora, *fül*, *hül*, *nyi-l*, activa faciunt *t* formativi adiectione, *fü-l-t*, *hü-l-t*, *nyi-l-t*. Ad *nyi* adiici *t* purum, sic etiam ad *sü*, *nyi-t*, *sü-t*, manifeste ostendit horum imperativus, *nyi-s-s*, *sü-s-s*, aspere sibilante et imperativi formativo *j*, et ipso verbi formativo *t*: quod fieri solet, dum imperativi formativum *j* concurrit cum *t* puro, nulla consona praecedente, ne occulta quidem. In *fü-t*, *hü-t*, quae imperativum habent huius formativo *j* crasse sibilante, *fü-t-s*, *hü-t-s*, ut usu viget *t* consonam alia consona praecedente, revera praecedit consona occulta *j*, de *i* nata ex formatione primigenia *fü-it*, *hü-it*, usu subsequente *fü-jt*, *hü-jt*, posteriore autem et hanc absorbente, *fü-t*, *hü-t*: ut adeo in his *t*, hoc modo asyllabum, sit reipsa de *it* formativo. Et si de

*fü-l* neutro activum est, *t* formativo cum hoc *l* alterante, *fü-t*; sicut idem et Párizpápius habet, et isto antiquior Molnárus: sic etiam de neutro *hü-l* clara analogia poscit activum *hü-t*.

In nonnullis tamen manet *l*, priore formatione adiectum, recipitque *t* asyllabum ad formandum verbum de neutro activum: sic de *te-l-ik*, impletur; de *ke-l*, surgit; vocali rotundiore fit *tö-l-t*, implet; *kö-l-t* surgere facit, excitat. Etiam de antiquo *til-ik*, prohibetur, fit *til-t*, prohibet. Haec olim vocaliora fuerunt, *tel-et*, *kel-et*, *til-et*; contractiora serius facta ad pronunciatum sonantiores.

Alternat hoc *t* cum eodem *t* in his etiam: *on-t*, *bon-t*, *ron-t*, *hin-t*, *szán-t*, *o/z-t*, *fo/z-t*, significatione iam supra exposita, et caussa data in prioribus *m* consonae in *n* mutatae.

Praemissae formationi, factae per affirmativum *an*, *en*, adiicitur idem *t* asyllabum, prioremque significationem neutram facit activam in exemplis plerisque: *rett-en-t*, tremefacit; *lobb-an-t* inflamat; *serk-en-t*, expergeficit; *böff-en-t*, eructat; *döbb-en-t*, contremere facit; *datt-an-t*, explodit; *rezz-en-t*, consternat; *jel-en-t*, significat. Sic ista vulgo reddun | tur. Est tamen amplior genuina eorum significatio, utriusque 74 formativi, et ipsius radicis valore aperte expresso: *rett-en-t* facit fieri terrorem; *lobb-an-t*, facit fieri flamمام; et sic reliqua, si accurate sunt reddenda.

Idem *t* asyllabum adiicitur praemissae formationi etiam per afformativum *ad*, *od*, apparatae; huius tamen consonam lingualem mutat in dentalem acute sibilantem; ne cum ea confundatur soni vicinitate, utque prior etiam formatio clare pateat. Sic plera-

que, priore illa formatione nata, activa fiunt: *ak-a/z-t*, haerere facit, suspendit; *ap-a/z-t*, decrescere facit, minuit; *fak-a/z-t*, erumpere, manare facit; *fonny-asz-t*, macerat; *ébr-esz-t*, expergeficit, excitat; *él-esz-t*, vivificat; *gerj-esz-t*, incitat, incendit; *süll-ejz-t*, demergit; *rek-esz-t*, occludit.

Quaedam hac formatione ampliore usitata, ex. gr. *fogy-a/z-t*, deficere facit, consumit; *mag-a/z-t*, magnificat, exaltat; *tám-a/z-t*, sustentat, fulcit; *vál-a/zt*, eligit, seligit; clare probant priorem formationem, *fogy-ad*, *mag-ad*, *tám-ad*, *vál-ad*, hodie exoletam, olim praemissam fuisse. Sed nunc iam neque *mag-a/z-t*, viget, verum formatione prolixiore est in usu, quae postea exponetur, *mag-a/z-t-al*, sic etiam *eng-esz-t-el*; item et *ak-a/z-t-al*, et *fogy-a/z-t-al*, haec tamen usu adhibentur promiscuo.

75 Verbum prolixius *vál-a/z-t*, de *vál-ad*, et hoc natum esse de *vál* radice propria, distincta a verbo *vál-ik*, iam aucto de *vá* radice simpliciore, aperte ostendit lingua Lapponica; in qua viget hoc ipsum *vál* verbi valore eodem *walj-et*, eligere. De quo et Esthones habent verbum iam auctum, *wall-ist-ema*, wählen, eligere.

76 Est praeterea hoc asyllabum *t* et aliis verbis neutris adiectum, ut ea activa fierent: sic *vesz-t*, perdit, perire facit, formatum est de *vesz*, perit; et *men-t*, tutum, securum reddit, defendit, eliberat, de antiquo, *men-ik*, tutus, securus fit, liberatur.

Sed *vesz-t*, olim fuit certe vocalius *vesz-et*: cum antiqui imperativum de hoc formatum usurpaverint, *vesz-es-s*; cuius exempla iam vidimus in formatione imperativi (pag. 703). Verbo *men-ik* usus est cumprimis Lépesius: *Kárvallásimból kimenem* (De Inf. pag. 209.) ; Damnis meis eliberabor. *Hogy megmenjetek a' haláltól* (De Mort. pag. 70); Ut liberemini a morte. De quo

superest hodieque praeteritum usu participii, *men-t*, tutus, securus, liberatus, eruptus : *ment vagyok tőle*, tutus, securus, liber sum ab ipso. Superest et verbum reflexivum, quod loco suo explicavimus, *men-e-ked-ik*, eliberat, eripit se, evadit, eliberatur. Est et haec radix | orientalis: 77 verbum Arabicum **امن** (*aman*), tutus, securus, sine metu fuit, **aleph** (aleph) neglecto *man*, in ore nostro *men*, *men-ik*, eadem, et vicina significatione iam exposita.

Huc pertinet *ki/z-t*, instigat, impellit, irritat, de radice *ki/z*, nobis cum Hebraeis communi. Est his verbum **קעָם** (*káas*), iratus, indignatus fuit, aegre tulit, idem in *piel* **בְּקָעֵם** (*keés*), in *hiphil* **הַבְּקָעִים** (*hi-kis*), irritavit, ad iram commovit, provocavit, lacescivit. Fuit certe idem et nobis verbi valore, et forma, ut reor, secunda : *ki/z-ik*, *ki/z-el*, *ki/z-em*, irritatur, irritaris, irritor. Habent idem et Lappones: *hast-et*, provocare, incitare; resecta infinitivi terminatione, et halitu *h* fortius expresso, *kas-t*, *kes-t*, per nostro iam aucto *ki/z-t*, provocat, incitat. Etiam *tar-t*, tenet, servat, est de simpliciore *tar*, communi nobis cum Persis *dar* in imperativo, tene, cape, habe, in participio tenens, possidens, custodiens, conservans: quod habent et Hebraei, cum Chaldaeis, et Syris auctum ; (nun) praeformativo **נָטַר** (*na-tar*), custodivit, servavit: *tar* solum nominis valore custudia, asservatio.

## 2. FORMATIVUM ET, AT.

Integrum etiam formativum *et*, *at*, dedit verba, primum de nominibus primitivis simplicissimis. De *si*, motus citati sono naturali | qui pro nomine sum- 77 tus festinationem valuit, factum est verbum *si-et*, festinationem facit, festinat ; de *fzer*, amor, amatio, *fzer-et*, amationem facit, amat ; de *vez*, exitus, *vez-et*, exitum facit, educit ; de *nev*, risus, *nev-et*, risum facit, ridet ; de *köv*, vestigiorum pressio, secutio, *köv-et*,

secutionem facit, sequitur; de *mut*, tensio, *mut-at*, tensionem facit, ostendit; de *ug*, latratus, *ug-at*, latratum facit, latrat; de *reszk*, tremor, trepidatio, *reszk-et*, tremorem, trepidationem facit, tremit, trepidat.

De radice verbi *si-et*, nobis cum Hebraeis, et Fennis communis, iam satis dictum est in evolutione formativi *os*, *es*. Has porro radices *szer*, et *vez*, ulti sistent formationes differentes de ipsis resectae: *szer-et*, *szer-elem*; *vez-et*, *vez-ér*. Sed easdem clare ostendunt linguae etiam orientales. Turcis amor, amatio, est radice simplicissima, *sew*, in forma infinitivi *sew-mek*, amare. Ea participii formativo aucta *sew-er*, amans, aptatur ad inflexionem: *sew-er*, amat; *sewer-sin*, amas, *sever-im*, amo. Forma *sewer*, nobis manosyllabo contracta, *szer*, amor, amatio, praebet radicem nostram, eandem et Persicam. Porro et *vez* 79 radicem manifestum exhibit tam Hebraicum. | שָׁבַע (*vâzâ*) exivit, egressus est, in *hiphil* eduxit; quam etiam Arabicum شَبَّع (*vez*), cohibere, continere, ducere legiōnem.

Verbum *nev-et*, usu veterum fuit *mev-et*. In Codice M. S. Transl. Bibl. sic recurrit perpetuo (inter alia Dan. XIV. 6. 18.). Sic apud Telegdium: *És mevetik vala ütet* (Part. II. pag. 833.): Et deridebant eum. *Sára nem tsak nem hün, hanem meg is meveté* (Part. III. pag. 544.); Sara nonmodo non credidit, sed etiam risit. Similiter apud Lappones, tantum *j* halitu leni differens, qui est pro nostro *v* halitu obscuro, *moj-od*, ridet, subridet; *moj-od-et*, ridere, subridere; et nomen *moj-us*, risus. Sic apud Chaldaeos quoque, et Syros μάγης (*maj-ek*), cum eodem halitu leni, risit, derisit. Resectae de his exemplis formationes differentes eandem praebent ubique radicem, *nev*, *moj*, *mej*: quam halitus inter se permutabiles nil turbant.

Superest apud Arabes radix **كف** (*kefv*) verbi valore, secutus est aliquem, pressit eius vestigia; quam usurpant et Turcae, *kow*, in forma infinitivi *kow-mak*, sequi, insequi; item et Lappones modo eodem *tjuow-et*, sequi, *tj* in *k* mutato *kuow*, in ore nostro *köv* nominis valorem obtinuit, vestigiorum pressio, secutio . . .

Porro clarum est et *ug*, sonum latratus naturalem sumtum esse pro ipso nomine rei eiusdem: quam etiam Esthones arripuerunt, sed cum halitu *hauk*, et verbi valore *hauk-ma*, anbellen, allatrate.

Denique et *režk* esse reipsa tremorem, trepidationem, aperte indicat adiectivum de eo formatum, *režk-es*, tremulus, tremulandus. Hoc olim in usu fuisse docet constructio Mathiae Tsáktonyai: *Paizsom alatt a' mint valal režkes* (De Aiace et Ulysse, Claudiopoli, 1592); sub clypeo meo ut eras tremulus.

Suppeditat porro idem formativum verba activa de neutris: quae sunt iterationis, seu continuationis formativo *og*, *eg* nata, praesertim de onomatopoeiis; sed cuius vocalem expungit | hoc posterius formativum sui adiectione, si ea non fuit iam prius expuncta. Sic activa sunt: *for-g-at*, versat; *moz-g-at*, motitat; *pen-g-et*, tintinat; *ren-g-et*, agitat, versat, ex. gr. infantem in cunis; de neutris continuativis, *for-og*, *moz-og*, *ren-g*.

### 3. FORMATIVUM IT.

Aliud formativum integrum *it*, alternans cum *l* asyllabo, in nonnullis tantum verbis de seminibus primis, ea de neutris in activa mutat. De *gyü*, *gyú*, *nyü* et *fú*, quae neutra sic dederunt, *gyü-l*, *gyú-l*, *nyü-l*, *fú-l*, activa hoc modo sunt facta, formatione prima, *gyü-it*, *gyú-it*, *nyü-it*, *fú-it*, proprie congrega-

tionem facit, incensionem facit, protensionem facit, suffocationem facit, expressione breviore congregat, incendit, protendit, suffocat; postea vero *i* in *j* mutato, formam acceperunt contractiorem, *gyú-jt*, *gyú-jt*, *nyú-jt*, et hoc postremum, propria etiam vocali mutata, *fo-jt*.

Quaedam sic sunt formata de primis eruptiōnibus affectuum, *ah*, *oh*, *soh*. De *ah* directe *ah-it*, adspirat; proprie *ah* facit; translatione ad devotionem facta, devote precatur; cuius etiam derivationes aliae isthuc sunt relatae. De *oh*, *soh*, accedente vocali *a*, *oha*, *soha*, quae nominis valore olim in usu fuerint, optatio, desiderium, suspirium, formatione 82 prima *oha-it*, *soha-it*; | proprie *oha-facit*, *soha-facit*, edit nempe sonum optantis, suspirantis; postea, *i* in *j* mutato *oha-jt*, *soha-jt*, optat, desiderat, suspirat.

De *soha*, nobis cum aliis gentibus communi, egi iam in formatione optativi (pag. 735). Eruptionem *ah* habent Lexica nostra etiam auctam *ahá*. Codex M. S. Transl. Bibl. mutat in ea halitum *h* in *j*, *ajé*; habetque de ea formatum verbum *ajé-it*, *ajé-jt*, cum significatione optat, cupit, inhiat (Esther XI. 1. XIII. 2. et Prolog. I. in Zachariam.)

Sed sunt verba alia, oppido copiosa, eodem formativo deducta de nominibus, potissimum adiectivis. Est autem ad hanc formationem, praeter formativum *it*, adhibita etiam mutativa vocula *vá*, *vé*, sed halitu suppresso, ac propterea eius vocali cum eodem concreta sono obscuro ó, ö, quae deinde in claram abiit, eamque acutam é, í. Isti ad radicem prius affixae adiectum est *it*, huius vocali diu integra

manente; postea in consonam *j* mutata, demum concreta etiam cum vocali mutativa voculae, resumto sono proprio, vel assimilito.

Sic de adiectivis, quae de innumeris tantum aliqua produco: *új* novus; *igaz*, verus, iustus; *boldog*, beatus; *szabad*, liber; *tulajdon*, proprius; *kész*, paratus; *teljes*, plenus, perfectus; *üdvöz*, salvus; | *rövid*,<sup>83</sup> brevis; *eleven*, vivus, vividus; formatio successive variata, dum postrema staret, ista fuit in lingua nostra.

Primum *új-ó-ít*, *igaz-ó-ít*, *boldog-ó-ít*, *szabad-ó-ít*, *tulajdon-ó-ít*; *kész-ő-ít*, *teljes-ő-ít*, *üdvöz-ő-ít*, *rövid-ő-ít*, *eleven-ő-ít*.

Deinde voculae mutativae vocali, propter vicinitatem *i* vocalis, quae est in formativo, in claram acutam mutata: *új-é-ít*, *igaz-é-ít* *boldog-é-ít*, *szabad-é-ít*, *tulajdon-é-ít*, *kész-é-ít*, *teljes-é-ít*, *üdvöz-é-ít*, *rövid-é-ít*, *eleven-é-ít*.

Interea dum ista fieret vocalium assimilatio vicina, in usu utraque formativi vocalis *i* abiit sensim in consonam *j*, pronunciatu faciliore: *új-ó-jt*, *új-é-jt*; *igaz-ó-jt*, *igaz-é-jt*, et sic in reliquis; similiter in his, *kész-ő-jt*, *kész-é-jt*, *teljes-ő-jt*, *teljes-é-jt* et sic in ceteris.

Abiit porro *é* acutum in *i* aequo acutum, soni vicinatate: *új-i-jt*, *igaz-i-jt* etc. *kész-i-jt*, *teljes-i-jt* etc.

Demum utraque vocali, et voculae mutativae, et ipsius formativi, in unam concreta, duplex invaluit usus; alter voculae mutativae vocalem sono *é* proferens, alter sono *i*, latente utrobique formativi ab-

sorpta vocali: *új-é-t*, *új-i-t*; *igaz-é-t*, *igaz-i-t* etc.; *képz-é-t*, *képz-i-t*, *teljes-é-t*, *teljes-i-t* etc. Alter hic usus prolatae *i* vocalis, et frequentior est, et probatissi-  
84 morum | scriptorum auctoritate potior.

Iste est occultus ille concursus consonantium, saepe memoratus in verborum inflexione, latente scilicet *j* consona, facta ex *i* vocali: quam recentiores nonnulli, veterum licet exemplo moti, male compensant geminata *t* consona, ex. gr. *új-i-tt-om*, *képz-i-tt-em*; cum hæc simplex sit in formativo, sibi-que constans, nulli obnoxia mutationi; sed eius tantum vocalis variet, pereatque in voculae mutativa vocali; quae propterea etiam, non iam solum natura sua, productior est.

Exemplo primæ formationis, cum *ó* obscuro, imo soni vicinitate etiam cum *ú*, crebra sunt apud Komjáthium: *újót* (Ad Ephes. I.); *igazójt*, *igazújt*; *boldogójt*, *boldogújt*; *szabadójt* (Ad Rom. III. et VIII.); *tanójt*, *fordójt*, *gyaporójt* (In Dedicacione). Idem in verbis tenuium vocalium *é* adhibuit perpetuo: *erőséjt*, *üdvözéjt*, *szégyenéjt*, *közeléjt* (Ad Rom. I., III. et VIII.). Singulare est *áljt* cum *a* et apud hunc (Ad Rom. VIII.), et in Codice M. S. Transl. Bibl. (Dan. IV. 32.). Alia Codex iste habet constanter cum *é*: *szabadéjt*, *poréjt*, *pusztéjt*, *sokaséjt* (Habac. I. 2. Zachar. III. 2; Baruch IV. 16; Osee VIII. 11.); deinde et similia *nyomoréjt*, *szomoréjt*, *fordéjt* (Dan. XIII. 53; Baruch IV. 8; Osee VIII. 13.); sic alia etiam tenuium vocalium: *képzéjt*, *rövidéjt*, *üdvözéjt*, *elevenéjt*, *keseréjt* (Prologo I. in Oseam; Osee VI., VII., VIII.; Baruch IV.).

85 Recurrit exemplum singulare in verbo *ditsővéjt* (Dan. IV. 31; V. 23). — Silvester *i* vocalem habet constanter cum consona *j*: *enyhijt*, *igazijt*, *tanijt*, *tisztijt*

(I. Petr. III.; ad Titum I. et II.). Gallus Anaxius, usu promiscuo, retinuit é acutum cum *j*, et hoc absorpto solum etiam *i* adhibuit idque multo frequentius: *erőséjt*, *erősít*; *sebesjt*, *sebesit*; *feszít*, *térít*, *elevenit*; *bátorít*, *bizonyít* (*a ij*, *et*, *ijj*; *b, ij* et *ij*; *e ij*; *f, ij*). Lépesius consonam *j* latentem videtur compensare voluisse *t* consona geminata; vocalem praeterea é et *i*, protulit usu variante: örö mest röviditteném beszédemet; megrézegitti óket borral; nem ostoroztok, hanem gyógyéttotok; minden vérét kimeréttik (De Infern. pag. 239. 253. 262. 269.). Telegdius et Pétsius, amiciores fuerunt vocali é: épét, segét, gyógyét, tanét, szaporét, fordét, et sic in reliquis. Pázmánus vero, Káldius, et Marosvásárhelyius, *i* vocali adhaeserunt fidelissime: *feszít*, *készít*, *térít*, *elevenít*; *tisztít*, *tanít*, *világosit*, *szabadít*, *indít*, *fordít*, et sic in aliis.

Haec linguae nostrae sese afformantis facta vera, priora, et posteriora, per aetates euphoniae studio varie moderata, diligenter expensa, | etymologum attentum 86 ultro ducunt ad huius formationis legem propriam. Illa certe vocalis ó, ö, é, i, inter radicem, et formativum varians, ab his omnino distincta, non potest aliud esse, quam ipsa vocula mutativa.

Ad evidentiam, est illa in exemplo *ditső-vé-ít*. Verbum *teszen* ita quidem construitur et hodie: *új-já*, *igaz-zá*, *képz-fzé*, *erős-sé tezzi*; voculae mutativae halitu non assimilato, *új-vá*, *igaz-vá*, *képz-vé*, *erős-vé*; sicut post vocales, *puszta-vá*, *görbé-vé teszi*. Sed hunc halitum etiam suppressum fuisse probant multa veterum exempla; quorum aliqua iam alibi producta (Ant. Lit. Hung. Vol. I. §. 46.) et hic repetimus. Codex M. S. Transl. Bibl. plus vice simplici habet *semmi-é* pro *semmi-vé*, in nihilum.

Idem recurrit saepe et in Codice M. S. Sermorum Sacrarum. Porro vita MS. S. Christinae Virginis et Martyris exhibet sequentia: *méltó-á töttél en-gemet*, dignum me fecisti; *egyenlő-é tötted*, aequalem

eum fecisti. Est hic neglectus apud ipsum etiam Telegdium: *jó izű-é tövé*, sapidum reddidit. Ita exegit in constructione concreta, in ista verborum formatione de nominibus facta, simplex quoque hoc verbum *it*, geminum illi auctiori *te-/z-en*, eiusdemque naturae, eandem reipsa voculam mutativam, nominibus affixam; et usu veterum halitu suo privatam. Stat ergo evolutio nostra, non 87 efficta ad arbitrium, sed observatione, quae requiritur in linguae studio, diligenti et continua iudicioque prudenti explorata, et constabilita.

Claram est nominibus, vocali terminatis, voculam mutativam, neglecto halitu æque vocalem, cum vocali priore coaluisse; cum hac postea, iam concreta, sensim et formativi vocalem cohaesisse. Sunto exempla huiusmodi, *barna*, fuscus, et *szürke*, glaucus. Ista sic abiverunt in verba; *barna-á-ít*, *barn-ó-ít*, *barn-ó-jt*, *barn-é-jt*, *barn-é-t*, *barn-i-t*, fuscum reddit, fuscat, *szürke-é-ít*, *szürk-ő-ít* *szürk-ő-jt*, *szürk-é-jt*, *szürk-é-t*, *szürk-i-t*, glaucum reddit.

Sunt hoc formativo verba, lege eadem facta, etiam de nominibus substantivis, auctioribus, et simplicissimis, ipsis nempe seminibus primis, plerisque iam dudum exoletis.

De nominibus auctioribus *gyámol*, fulcrum, sustentaculum, quod de se verbum dedit, *gyámol-ít*, fulcit, sustentat; *gomboly-ít*, glomerat, eadem lege natum, utique de *gomboly*, pro quo hodie viget prolixius *gomboly-ag*, glomus, glomeramen.

Sunt alia numero satis magno de seminibus primis. In his de *lap*, planum, planities, quod hodieque usitatur, *lap-ít*, complanat; de *egy*, unus,

*egy-it*, unum facit, miscet, idem etiam in composito *el-egy-it*.

Nonnulla, quorum radices iam exoletae, clare tamen intelliguntur ex derivatis aliis: ex. gr. *av-i-t* | veterat; *szár-i-t*, siccatur; *szor-i-t* angustat, arctat, stringit; *fesz-i-t*, expandit; *ür-i-t*, vacuat; de *av*, *szár*, *szor*, *fesz*, *ür*. Et haec ultro patent vel per adiectiva de ipsis deducta. Nam *av-as*, est cariosus, ergo *av* est caries; *szár-az*, siccus, avidus, *szár* proinde siccitas, aviditas; *szor-os*, angustus, constrictus, *szor* itaque angustia, constrictio; *fesz-es*, expansus, *fesz* igitur expansio; *ür-es*, vacuus inanis; quapropter *ür* est vacuitas, ipsum vacuum, inane.

Eruuntur vero et reliquae radices primae, hodie penitus abolitae, ex ipso verborum de iis formatorum significatione, quae plerumque et affinium linguarum auxiliis certa redditur. Sic *tafz-i-t*, trudit de *tafz*, quod in Persica lingua iam diximus impetum valere; qui trudit, facit utique impetum. Ita et *ufz-i-t*, incitat, dictum cum primis de canibus, cuius radix *ufz* est incitatio, ipse incitandi sonus. Etiam Estonibus familiaris, et quidem in verbo more nostro per *it* formato, *uss-it-ama*, anstiften; *ass-it-ama*, anhetzen, Hunde hetzen.

Arabibus vero ﺡ (huzz) cum halitu, ipsa radix, et verbi, et nominis valore, incitare, instigare, incitamentum, instigatio. Deinde *ker-it*, circumdat, sepit, de *ker*, quod habent et Hebraei nominis valore קיר (kir), paries; idem ergo et nobis paries, sepes, cinctura.

Sufficit vero vel sola lingua nostra, adhibita resolutione, si affinia desint subsidia; *ám-i-t*, percussit, attonitum reddit; *bámi-t*, stupefacit; *rém-it*, terrefacit, consternat; *nyer-i-t*, hinnit; *széd-i-t*, vertigine corripit; de radicibus, quarum significatio in promtu est ex ipsis verbis: *ám*, *bám*, percussio, stupor; *rém*, terror; *nyer*, hinnitus; *széd*, vertigo. Et sic in aliis tuto licet progredi.

89 Quaedam verba de primis seminibus nata per formativum *or*, dant clara de se nomina, quæ proprie participia sunt, alia adiective alia substantive accepta, apta proinde ad præsentem formationem; et quae hodie non sunt hac form aīn usu, olim et ea certe sic sunt adhibita. De his verba derivantur, uti de nominibus vocali terminatis: ex. gr. de *szom-or-ú*, tristis; de *kes-er-ü*, amarus; *szom-or-ú-á-ít*, *szom-or-ó-ít*, *szom-or-ój-t*, *szom-or-éj-t*, *szom-or-é-t*, *szom-or-i-t*, tristem reddit, contristat, *kes-er-ü-é-ít*, *kes-er-ö-ít*, *kes-er-ö-jt*, *kes-er-é-jt*, *kes-er-é-t*, *kes-er-i-t*, amarum reddit, amaricat, acerbat.

Sic formata sunt et reliqua: *sany-ar-i-t*, affligit, tribulat; *háb-or-i-t*, turbat, turbulentat; *szap-or-i-t*, augmentat, multiplicat; *nyom-or-i-t*, afflictat; *heng-er-i-t*, volvit, volutat; de praemissis participiis *sany-a-r-ú*, *háb-or-ú*, *szap-or-ú*, forma alia *szap-or-a*, usu vetusto sic etiam *nyom-or-ú*, *heng-er-ü*.

Similiter participia sunt *gyan-ú*, suspicio, *tan-ú*, studens, discens et testis, substantive sumta, alterum etiam adiective, de radicibus simplicissimis, *gyan* et *tan*; quae in linguis orientalibus verba valent, eadem et vicina significatione latiore. De his quoque, lege iam exposita, verba formavit lingua nostra: *gyan-ú-á-it*, *gyan-ó-it*, *gyan-it*, suspicatur; *tan-ú-á-it*, *tan-ó-jt*, *tan-it*, studentem, discentem reddit, docet.

90 De plerisque radicibus primigeniis, quae *og* formativo aucta dant verba iterativa, et continuativa, fiunt et huius generis verba, accepto *it* formativo; sed quae, in locum *og* substituto *od* formativo, ad indicandum actum semel positum, praemissam habent formationem, et requirunt aequem

participia de hac forma deducta. Sic pro *for-og*, *zör-ög*, praemissa formatio *for-od*, *zör-öd*, et facta de hac participia *for-d-ó*, *zör-d-ö*, abierunt in verba de quibus agitur, lege iam exposita: *for-d-ó-á-it*, *for-d-ó-it*, *for-d-ó-jt*, *for-d-é-jt*, *for-d-é-t*, *for-d-it*, versum reddit, vertit; *zör-d-ö-é-it*, *zör-d-ö-it*, *zör-d-ö-jt*, *zör-d-é-jt*, *zör-d-é-t*, *zör-d-it*, contrepentem reddit, pulsat, intonat.

Ita sunt et alia derivata: *moz-d-i-t*, *in-d-i-t*, utrumque eadem fere significatione, movet, ciet, proprio valore, motum, citum reddit; *rán-d-i-t*, attrahit, commovet; *tsen-d-i-t*, *pen-d-i-t*, *ren-d-i-t*, tinnientem, resonantem, intrementem reddit, vulgo tinnire, resonare, intremere facit.

Sic etiam nonnulla verba alia de suis parti-  
cipiis abeunt in verba huius generis: *száll*, subsi-  
dit, descendit; *száll-ó*, subsidens, descendens;  
*száll-ó-á-it*, *száll-ó-it*, *száll-ó-jt*, *száll-é-jt*, *száll-é-t*,  
*száll-it*, subsidentem, descendantem facit, sedat,  
immittit, collocat; *tér*, revertitur, convertitur; | *tér-ö*, et  
reversus, vel revertens, conversus; *tér-ö-é-it*, *tér-ö-it*,  
*tér-ö-jt*, *tér-é-jt*, *tér-é-t*, *tér-i-t*, reversum, vel re-  
vertentem, et conversum facit, convertit, reflectit.

In septentrionalibus linguis affinibus idem hoc formativum, more prorsus nostro, frequens est in derivandis verbis activis, tam de nominibus, quam de verbis neutris.

Inter verba activa Lapponica, de nominibus deducta, et prima quidem de substantivis, occurunt sequentia: *alj-et-et*, curare, operam dare, de *aljo*, industria; *alw-et-et*, terrere, de *alw*, horror, terror; *akt-et-et*, in unum redigere, coniungere, de *akt*, unus, quod convenit cum

nostro *egy*, more orientalium, uti hoc, sic et illud re-vera substantivum; *wekk-et-et*, adiuvare, de *wekke*, auxilium, *w* in *h* et *h* in *s* mutato, ipsum *sege* nostrum, hodie exoletum, de quo est verbum *seg-i-t*, eadem significatione. Sic de *tsaj*, error, seductio, verbum activum est *tsaj-et-et*, seducere; etiam neutrum, et hoc more nostro, *tsaj-an-et*, errare: quae formationes diversae probant clare datam radicem, *j* in *l* mutato, eandem et nostram *tsal*, sed nobis iam verbi valore, fraudat, falsit, decipit. Praeterea de *patt*, tumor, *patt-et-et*, tumefacere; etiam *patt-an-et*, intumescere; de qua formatione viget apud nos nomen *patt-an-ás*, pustula. Auditur in verbis, 92 quae sunt de onomatopoeiis, | et aliud formativum *it*: *hal-it-et* vehementer cupere, *harr-it-et*, canum more fre-mere, de *hal* et *harr*, illo vehementer cupientis, isto canis frementis sono naturali. Alia sunt de adiectivis: *pah-et-et*, deteriorem facere, depravare, de *paha*, malus, pravus; *puor-et-et*, meliorem facere, emendare, de *puore*, bonus; de quibus dantur etiam neutra, *pah-an-et*, *puor-an-et*, deteriorem fieri, depravari, meliorem fieri, emendari. Iam alia producimus de neutrī facta: *puosj-ot-et*, durum facere, indurare, de *puosj-ot*, durum fieri, de ipsa nempe radice, pro verbo sumta, *puosje*, durus; *tsabb-ot-et*, pul-chrum efficere, decorare, de *tsabb-ot*, pulchrum fieri, et hoc de radice ipsa, *tsabbe*, pulcher, cum nostro *szép* congruente.

Eadem lege, et eadem frequentia, adhibent hoc ipsum formativum et Fenni. Usu affīnium Lapponum iam satis probato exempla hic pauciora damus. Prima de nominibus: *toe-yt-an* [sic], impleo, plenum facio, de primigenio: *tō*, eodem et nostro, ut vidimus loco suo: *cop-ut-an*, pulso, de *cop*, sono naturali pulsus, pede vel manu dati, quod apud nos quoque in verbo iterativo *kop-og*; simile est *has-it-an*, commune et nobis, sed sine halitu *u/z-it-om*, incito, canes potissimum, de *u/z*.

*hujz, hasz*, incitandi sono aeque naturali; tale etiam *cur-it-an*, castigo, cuius radix *zur*, *hur*, cum halitu denso auditur in congruente verbo nostro *hur-it-om* et in frequentativo *hur-og-at-om*, vicina significatione. Alia de verbis: *cuol-et-an*, | neco, a *cuol-en*, morior, proprio 93 mori facio; *el-åt-ån*, sustento, alo, ab *el-ån*, vivo, et hoc ergo genuine vivere facio, *men-et-en*, mitto, a *men-en*, eo, quare istud accurate redditum hoc est valore, ire facio. Sed et horum radices *cuol*, *el*, *men*, communes nobis, *hal*, *él*, *mén*.

Admodum frequens est idem formativum in lingua etiam Esthonica, idque et asyllabum, et syllabicum. Selegi exempla radicum et nobis communium. Prima de nominibus: *ehh-it-ama*, schmücken, ornare, de *ekt*, *ekte*, *chhe*, Schmuck, ornatus, nobis *ék*, de quo est addiectivum *ék-es*, et simile verbum *ék-i-t*; *nimm-it-ama* et *nimm-et-ama*, nennen, nominare, de *nimmi*, Nahme, nomen, nobis *m* in *v* mutato *nér*; *pol-it-ama*, halbiren dimidiare, de *pole*, die Helfte, dimidium, in ore nostro *fél*; *walgs-t-ama*, erleuchten, illuminare, de *walgs*, Licht, lux, lumen, nobis *világ*, et adiectivum de eo derivatum, *világ-os*; *werris-t-ama*, blutig machen, cruentare, de *werri*, Blut, sanguis, nobis *vér*; *illus-t-ama*, schön machen, pulchrum reddere, de *illus*, schön, pulcher, quod congruit cum nostro *illő*, aptus, conveniens; *römus-t-ama*, belustigen, exhilarare, de *römus*, fröhlich, laetus, hilaris, nobis *ör-öm*, est gaudium; *uris-t-ama*, aushölen, excavare, de *uris*, hol, excavatus, vacuus, in labiis nostris *üres*. Alia de verbis: *ell-at-ama*, leben lassen, vivere sinere, de *ell-ama*, leben, vivere, radice nobis communi *él*, vivit; *ess-it-ama*, verführen, irren machen, seducere, errare facere, de *ess-ima*, irren, errare, nobis *es-ik*, cadit, sed usurpatur illa etiam significatione vicina; *imm-et-ama*, säugen, lactare, de *imm-ema*, saugen, lactare, nobis *em-ni*, et de | hoc *em-tet-ni*; *waib-ot-ama*, et *waiw-ot-ama*, 94

matt machen, languere facere, de *waib-oma*, matt werden, languere, de qua radice communi *vaj*, est nobis verbum *vaj-ud-ik*.

Transimus ad Orientales, inter quos huius formativi usu eodem, et quidem saepe recurrente, Turcae nobiscum maxime conveniunt.

Nam huius ope formant et illi verba transitiva quam plurima: tam de nominibus, iisque substantivis, et adiectivis, quam etiam de verbis aliis intransitivis, et de transitivis dupliciter transitiva. Sic de *don-at-mak*, vestire, ornare, derivatur, de *don*, vestis, ornatus; de quo adest et neutrum, idque more, quem iam exposuimus, prorsus nostro, *don-an-mak*, vestiri, ornari; *daj-et-mak*, fulcire, sustentare, de *daj*, sed quod in usu auctius est *daj-ak*, fulcrum, sustentaculum, in ore nostro *tá*, semen radicis *tá-m*, de quo habemus verbum prolixius, *tá-m-aſz-t*; de eodem est etiam *daj-an-mak*, niti, incumbere; *iss-itmek*, calefacere, de radice saepe repetita, *issi*, nobis *izzó*, calor calidus. Sic porro *kyss-at-mak*, abbreviare, de *kysse*, brevis, curtus; de quo est etiam *kyss-el-mak*, abbreviari, et de hoc transitivum aliud, cum formativo asyllabo, *kyss-al-t-mak*, abbreviare, contrahere, imminuere, proprie abbreviari facere; similiter *sagh-al-t-mak*, restituere sanitati, de *sagh-al-mak*, sanari; et *sem-*

**95** *ir-t-mek*, pinguefacere, saginare, de *sem-ir-mek*, | pinguescere, saginari; *bel-ür-t-mek*, demum, apparere facere, indicare, manifestare, de *bel-ür-mek*, apparere, videri, manifestari. Alia item cum formativo syllabico: de *söj-le-mek*, loqui, fari, dicere, est *söj-l-et-mek*, loqui iubere; de *iš-le-mek*, operari, agere, est *iš-l-et-mek*, facere, ut quis operetur; sic etiam de puro *boja-mak*, tingere, colorare, factum est *boj-at-mak*, iterum tingere et tingere curare; sic *ask-at-mak*, facere, ut quis claudicet, de *aska-mak*, claudicare.

**98** Prolixior fui in adducendis his exemplis: quod

ea *affinitatem* linguae nostrae videantur cum voluptate probare, ad ipsam evidentiam, non modo eiusdem formativi usu eodem, sed plerisque radicibus etiam mire congruentibus.

F.

ÚL, ŸL.

Affirmativum sextum, admodum frequens vocali ex duabus in unam coalita, eaque producta et congruenter mutata, est *úl*, *üll*, cum significatione vulgo exposita *fit incipiendo*, proprie tamen *fit mutatione*. Alternat ut plurimum cum *it* formativo : et de nominibus tantum, substantivis et adiectivis, itemque de participiis, plerisque iisdem, et similibus, quae priore formatione facta sunt verba transitiva, verba facit intransitiva, quodammodo passiva, cum notione inchoativae mutationis spontaneae, in iis praesertim, quae de adiectivis derivantur. Multa horum Latine inchoativis redundunt, alia passive, nobis tamen reipsa neutra sunt omnia. Inflexionis formam sequuntur primam radice nuda.

De nominibus substantivis primis simplicissimis, multis iam exoletis, supersunt verba hoc formativo | derivata. De iisdem, quae priore formatione 99 retulimus facta esse transitiva, in hanc formam mutata sunt sequentia: *lap-úl*, complanatur, subsedit, deturget; *av-úl*, veteratur; *szor-úl*, arctatur; *fesz-üll*, expanditur; *ür-üll*, evacuatur; *ám-úl*, percellitur, attonitus redditur; *bám-úl*, stupescit; *rém-üll*, tremiscit, pavescit, consternatur; *széd-üll*, vertigine corripitur.

Alia item de aliis: *hir-üll*, increbrescit, de *hir*, nomine hodieque usitato, fama, rumor; *ör-üll*, gaudet, de *ör*, gaudium, radice manifesta resectis formationibus diversis in derivatis pluribus, *ör-öm*, *ör-üll*, *ör-vend*, eadem nobis etiam cum Estonibus communi; *ok-üll*, prudens fit, intelligens fit, eruditur, de *ok*, significatione vocis communis ab Arabibus data, prudentia, intelligentia, mens, ratio, intellectus; *rep-üll*, volat, de *rep*, ala, radice nostro pronunciatu inversa ex Persico *per*, ala, de qua est *per-i*, alatus, et *per-id-en*, volare, eadem vero Hebraeis, directa, et verbi valore usitata. **רַעֲפָה** (*rup*), nobis vocali mutata *rep*, quatere, motitare, alas motitare, volare, volitare.

Sic alia, quorum radices, licet exoletae, quid genuine significant, vel ex ipsis derivatis facile eruitur, usum etiam linguarum affinium curtius determinatur: *bor-üll*, obducitur; *meny-üll*, luxatur; *mer-üll*, mergitur, et hoc postremum radice prima vel cum Latinis communi.

De adiectivis, et iis hodieque usitatis, claris proinde, occurrunt multo frequentiora. Ea, quae vocali terminantur, hanc a formativo elidi patiuntur: *tiszta*, purus, *tiszt-üll*, purificatur; *sárga*, flavus, pallidus, *sárg-üll*, flavescit, pallescit. Alia de radicibus consona terminatis, multa de monosyllabis: *hev-üll*, incalescit, de *hév*, calidus, fervidus; *hig-üll*, fluidescit, de *híg*, fluidus, liquidus; *kék-üll*, caerulescit, 100 de *kék*, caeruleus; *tág-üll*, laxatur, de *tág*, laxus; *új-üll*, renovatur, de *új*, novus; *vad-üll*, efferatur, de *vad*, fera; *vak-üll*, occoecatur, de *vak*, coecus; *vid-üll*, hilarescit, de *vid*, laetus, hilaris; *zöld-üll*, virescit, de *zöld*, viridis etc. Numerosa sunt de prolixioribus: *édes-üll*, dulcescit, de *édes*, dulcis; *eves-üll*, suppura-

tur, de *eves*, purulentus, saniosus ; *részeg-üll*, inebriatur, de *részeg*, ebrius ; *rövid-üll*, abbreviatur, de *rövid*, brevis ; *süket-üll*, surdescit, de *süket*, surdus etc.

De verbis ex ipsorum participiis nata, ut supra cum *it* formativo, fere eadem recurrunt et hic, itemque alia, participiorum et formativi vocalibus contiguis in unam concretis. Pauca de verbis *or* formativo derivatis : *nyomor-üll*, affligitur, opprimitur, calamitosus redditur ; *kes-er-üll*, *köny-ör-üll*, utrumque eadem significatione, miseretur, commiserescit, de radicibus primis iam notis. Plura de verbis *og* formativo usitatis, et in huius locum substituto et hic *od* formativo, ad indicandum actum simplicem inchoatum : *for-d-üll*, *zör-d-üll*, vertitur, constrepit, verti, constrepere incipit. Sic alia, cum eadem significatione secundaria : *moz-d-üll*, *in-d-üll*, vulgo movetur, cietur ; *rán-d-üll*, attrahitur, commovetur : *tsen-d-üll*, *pen-d-üll*, *ren-d-üll*, tinnit, personat, intremet ; *zen-d-üll*, et hoc personat, deinde commovetur cum tumultu, tumultuatur.

Hic accedit *nyom-üll*, premitur. Sed *tan-üll*, discit, verbum significationis activae, ortum est de *tanu*, accedente *ol* formativo, huius vocali absorpta.

Frequens hoc formativum, quia alternans est *101* cum *it* formativo, idque in iisdem plerumque exemplis, satis clare indicat ortum suum, lege prorsus eadem, ex mutativa vocula *vá*, neglecto et hic halitu tantum vocali *á*, et ex verbo substantivo *el*, vocali postposita *le*, de quo est auctum

*le-fz-en*; eodem et *il*, ut est apud Turcas in passivorum formatione, dupli proinde forma, *el*, *il*, congruente cum alternante *et*, *it*; sed quod demum soni vicinitate abiit in *ül*, et de hoc in *ul*, ita apud nos quoque, ut apud Turcas. Hoc *ül*, vocali congruenter mutata *ul*, apud nos concretum cum vocula mutativa á, é, vocalem suam habet huius absorptione productam: ex é-*ül*, nempe, et á-*ul*, coaluit formativum vocali longa *üll*, *ül*. Et quae constructio fit hodie cum aucto verbo *le-fz-en*, et cum mutativa vocula *vá*, *vé*, suppresso halitu, á, é: ex gr. *kék-é-le-fz-en*, *tág-á-le-fz-en*, *rövid-é-le-fz-en*, *szabad-á-le-fz-en*; eandem fecit antiquitas cum eiusdem verbi radice simplici, vocali praemissa, et mutata, *el*, *il*, *ül* et *ul*, cumque eadem vocula mutativa á, é: *kék-é-ül*, *tág-á-ul*, *rövid-é-ül*, *szabad-á-ul*, significatione genuina caeruleus-mutatione-fit, laxus-mutatione-fit, brevis-mutatione-fit, liber-mutatione-fit; concretis, ut postea invaluit, vocalibus, *kék-üll*, *tág-üll*, *rövid-üll*, *szabad-üll*, eadem revera significatione, quam exposui, et quam quisque nostrum ultro sentit, licet vulgo sic ista reddantur, caerulescit, laxatur, abbreviatur, liberatur. Sunt nimirum verba sic derivata nobis mutativa neutra, vulgo etiam passiva: sicut priora, *it* formativo per legem eandem deducta, sunt mutativa activa. Clara est et aliorum derivatorum ratio de radicibus vocali terminatis. Sic ista fiunt, ut priora alternante *it* formativo: ex gr. de *barna*, *barna-á-ul*, *barn-á-ul*, *barn-úl*; de *szürke*, *szürke-é-ül*, *szürk-é-ül*, *szürk-üll*. Sic de participiis: *mozdó*,

*mozdó-ó-ul, mozd-ó-ul, mozd-úl; tsendő, tsendő-ő-ül, tsend-ő-ül, tsend-űl.*

Observo apud Turcas idem hoc formativum, purum 102 tamen, sine admixtione voculae mutativa, recurrere exemplis frequentatissimis in Meninskii Lexico ; qui in ipsa etiam Grammatica expresse docet eo de activis passiva fieri : de *sew-mek*, amare, *sew-il-mek*, amari ; de ipso adeo reciproco *sew-iş-mek*, amare se invicem, aut mutuo, fieri *sew-iş-il-mek*, amari mutuo, dari amorem mutuum ; similiter de reflexo *sew-in-mek*, amare se ipsum, fieri *sew-in-il-mek*, amari a se ipso, dari amorem sui. Addo ex Lexico exempla nonnulla ad maiorem claritatem. De *as-mak*, suspendere, fit *as-yl-mak*, suspendi, de *sat-mak*, vendere, fit *sat-yl-mak*, vendi. Sic etiam *syk-mak*, coarctare, angere, premere, dat *syk-yl-mak*, coarctari, angi, premi : in quo videre licet ipsum *szük* nostrum, nobis adiectivum, illis verbi valore sumtum ; de quo nos more nostro activum facimus adiecto *it* formativo, *szük-it* ; et passivum eodem, quo Turcae, formativo, cum priore alternante, sed nostro iterum more, *szük-ül*, admixta vocula mutativa, cuius compensatio est in vocali producta. Similiter *tyk-mak*, obturare, opplere, occludere, ipsum *dug* nostrum, et nobis verbi valore, obturat, etiam occultat, abscondit, illis passivum praebet *tyk-yl-mak*, obturari, oppleri, occludi, formatione in hoc exemplo non usitata, quam tamen per analogiam recte fingimus, *dug-ül*.

G.

AZ, OZ, EZ, ÖZ.

Frequentissimum afformativum septimum, vocali congruenter accomodata est *az*, *oz*, *ez*, *öz*, significatione varia ut radicum poscit ratio ad aptam formationum expressionem, operatur, facilit, parat, curat, ad usum adhibet. Format verba primum de

nominibus quam plurima; alia porro aequa copiosa de verbis, simplicibus et praemissis formationibus aliis, sui accessione iam auctiora et hoc ipso intensiora, in his non pauca frequentativa.

103 De utrisque alia sunt activa formae primae radice nuda; alia neutra, primae itidem formae radice nuda, quaedam formae secundae radice aucta. Radicibus in vocalem desinentibus adiicitur cum suae vocalis concretione. Eam saepe absorbet etiam in forma secunda, accidente *ik* pronomine, ad tollendam nimiam vocalitatem. De nominibus quae praebet verba, in his non paucis usum indicat rerum earum, quas nomina denotant; in aliis alia succurrit apta expressio, certe occupatio in rebus per nomina designatis.

De nominibus in vocalem desinentibus, *tsiga*, cruciaria trochlea, etiam cochlea, ostreum; *hiba*, error; *ruha*, vestis; *teke*, discus, latrunculus; *tetō*, cacumen, fastigium; fiunt verba formae primae radice nuda, cum vocalium concretione: *tsigá-z*, torquet, cruciat; *hibá-z*, errat; *ruhá-z*, vestit; *teké-z*, disco vel latrunculis ludit; *teté-z*, cacuminat, fastigiat; espresso formativi valore, trochleam adhibet ad cruciandum, errorem facit, vestem curat, disco, operatur, cacumen facit.

Verbum *néz*, licet monosyllabum, est tamen derivatum. Eius radix est *ne*, eruptio prima visum exposens, *vide*, *specta*, nominis valore *visus*, adspectus. Verbi valore hac forma simplici viget hodieque apud Esthones; 104 qui id per personas ita inflectunt: *nä-än*, *nä-äd*, *nä-äp*, *specto*, *spectas*, *spectat*; sicut inter alia etiam verbi *te-sz-en*,

facit ille, radicem primam *te-*, *te-en*, *te-ed*, *te-ep*, facio, facis, facit. Radici *ne* apud nos adiectum est formativum *ez*, *ne-ez*, vocaliumque concretione natum *né-z*, videt, adspicit, proprie visum, adspectum facit, vel adhibet.

Sequuntur nomina consonantibus terminata, prius simplicia: *bot*, baculus; *folt*, assumentum; *kín*, cruciatus; *jegy*, signum, nota; *kedv*, favor, gratia; *kints*, thesaurus; *vég*, finis, terminus; alia deinde auctiora, *abronts*, circulus doliarius; *arany*, aurum; *arány*, scopus; *ezüst*, argentum; *levél*, folium, pampinus; *külömb*, diversus. De his formantur verba primae itidem formae radice nuda: *bot-oz*, baculo utitur ad verberandum, baculo verberat; *folt-oz*, assumentum facit, consult; *kín-oz*, cruciatum adhibet, cruciat; *jegy-ez*, signum facit, signat, notat; *kedv-ez*, favorem facit, favet; *kints-ez*, thesaurum comparat; *vég-ez*, finem facit, finit, terminat; *abronts-oz*, circulum adhibet ad stringendum dolium, circulo munit; *arany-oz*, inaurat; *arány-oz*, collineat ad scopum; *ezüst-öz*, inargentat; *levél-ez*, pampinum adhibet, pampinat; *külömb-öz*, diversum facit, dif fert, discrepat.

Nomini *nem*, genus, usus hoc formativum adiicit asyllabum, *nem-z*, generat.

Copiosa nomina, nata dupli formatione, *al-om*, *el-em*, ex. gr. *irg-al-om*, misericordia; *szid-al-om*, vituperium, convitium; *kegy-el-em*, gratia, clementia; *figy-el-em*, attentio; et reliqua, hoc in primis formativo | aucta, abeunt pleraque in verba, 105 formae pariter primae radice nuda: *irg-al-m-az*,

miseretur ; *fzid-al-m-az*, vituperat, convitiatur ; *kegy-el-m-ez*, miserescit, condonat, *figy-el-m-ez*, intendit, attendit, auscultat.

Codex MS. Transl. Bibl. de his nonnulla habet aucta affixo *ik* pronomine, formae proinde secundae : *hat-al-m-az-ik*, praevalet (Dan. VII. 21. XI. 5. 8.) ; *veszed-el-m-ez-ik*, periclitatur (Ion. I. 4.) ; *diad-al-m-az-ik*, triumphat (Habac. I. 10). ; de nominibus *hat-al-om*, potentia, *veszed-el-em*, periculum, *diad-al-om*, victoria, praevalentia.

Quaedam nomina, accepto hoc formativo, dant verba formae secundae radice aucta, in his aliqua cum formativo asyllabo. De hoc sunt numero : *szem*, oculus, etiam granum, et gemma ; *vér*, sanguis ; *ág*, frons, ramus ; *virág*, flos ; deinde *éh*, famelicus ; *szomjú*, sitibundus ; *gyökér*, radix ; *gyümölts*, fructus ; *harmat*, ros ; *dolog*, labor; et verba de ipsis derivata : *szem-z-ik*, stillat, de pluvia dictum, proprie gemmulas facit ; *vér-z-ik*, sanguine manat ; *ág-z-ik*, frondet, frondescit ; *virág-z-ik*, floret, florescit ; *éh-ez-ik*, famet, esurit ; *szomjú-z-ik*, sitit ; *gyoker-ez-ik*, radices agit ; *gyümölts-öz-ik*, fructum facit ; *harmat-oz-ik*, rorat ; *dolg-oz-ik*, opus facit, laborat.

Iam aliae sequuntur derivationes de verbis, pleraeque auctae vi frequentativa, et factae ut plurimum praemissis formationibus aliis, et iis quidem per ista dumtaxat formativa, *ad*, *ed*, etiam per asyllabum *d* et per aliud asyllabum *t*, de *et*.

**106** De prioribus quaedam proferuntur formae primae radice nuda, ut sunt ipsae radices proximae : *dag-ad-oz*, de *dag-ad*, extuberat, intumet ; *fár-ad-oz*,

de *fár-ad*, lassescit, fatigatur; *fúl-ad-oz*, de *fúl-ad*, asthmate, effocatione laborat; *vig-ad-oz*, de *vig-ad*, laetatur, gaudet, exultat; *ébr-ed-ez*, de *ébr-ed*, expergiscit; *gerj-ed-ez*, de *gerj-ed*, incitatur, incendiatur; *leng-ed-ez*, de *leng-ed*, motitatur, fluitat; *zeng-ed-ez*, de *zeng-ed*, resonat. In his fere unicum, a proxima radice *es-ed*, hodie exoleta, est formae secundae radice aucta, *es-ed-ez-ik*, supplicat, rogat obnixe.

Sic alia contractiora, primae itidem formae radice nuda: *hord-oz*, de *hord*, portitat, vectat, gestat; *old-oz*, de *old*, solvit, absolvit; *told-oz*, de *told*, supplet, resarcit; *kérd-ez*, de *kérd*, inquirit, percontatur; *küld-öz*, de *küld*, missitat; *üld-öz*, de antiquo *üld*, persequitur. Alia porro de posterioribus, proximis radicibus *t* consona terminatis. Pauca formae primae radice nuda: *köt-öz*, de *köt*, ligat; *önt-öz*, de *önt*, funditat, rigat, conspergit; *mulat-oz*, de *mulat* | moratur, cunctatur. Plura formae secun-<sup>107</sup> dae radice aucta: *vált-oz-ik* de *vált*, mutatur; *tart-oz-ik* de *tart*, aliquo pertinet, debet; *füt-öz-ik* de *füt*, calefit, calefacit se; *költ-öz-ik* de *költ*, migrat, *ölt-öz-ik* de *ölt*, induitur, induit se; *tölt-öz-ik* de *tölt*, impletur; *rejt-ez-ik* de *rejt*, abscondit se, occulitur; *ohajt-oz-ik* de *ohajt*, suspirat; *hevéjt-ez-ik* de *hevéjt*, forma antiqua, aestuat (Codex MS. Transl. Bibl. Ionaë IV. 8.).

Sunt in his etiam pleraque radices proximae iam derivatae. Certe *vált* descendit de *vá* radice primigenia, quae nominis valore est *mutatio*. Esthones de ea, cum

halitu expressa, habent verbum activum, *et* formativi accessione *wahh-et-ama*, verwechseln, vertauschen, mutare permutare. Nos de ea primam formationem fecimus significatione neutra, affixo *l* formativo asyllabo, et *ik* pronomine, *vá-l-ik*, mutatio fit, mutatur, etiam separatur, discernitur, de quo est porro, formatione iam secunda, affixo *t* formativo aequa asyllabo, *vál-t*, facit fieri mutationem, mutat, etiam redimit, quod utique permutatione solet fieri. Similiter et *tölt* iam vidimus, in evoluto praeteriti secundi formativo, esse de radice primigenia *tö*, *te*; de quo natum est primum *tö-l-ik*, *te-l-ik*; de hoc porro *tö-l-t*. Etiam *kel*, *kél*, simplicius est; usu communi, *jár*, *kél*, satis notum, ambulat, migrat; et imperativo suo pro interiectione sumto, *kelj*, apage; nobis cum Estonibus commune, tantum *j* litera in *l* mutata differens, *kei-ma*, infinitivi forma expressum, gehen, gähren, reisen, ire, ambulare, migrare. De hoc postea derivata proxima radix  
**108** superior affixo, | *t* formativo asyllabo, *kel-t*, vocali rotundiore *köl-t*, migrare facit, forma hodie exoleta, nisi vocalius exprimatur, *kel-et-em*, migrare facio.

### H.                    KED, KÖD, KOD.

et consona *d* sibilante

### KEZ, KÖZ, KOZ.

Öd, ód, cum sibilo rariore öz, óz.

De simplicibus formativis frequentioribus postremum illud ponimus: quo verba derivantur reflexa, et reciproca, tam de verbis ipsis, quam de nominibus, substantivis et adiectivis. Est id forma tripli. Prima *ked*, vocali propria, et ea congruenter mutata *köd*, *kod*; secunda *kez*, idem *ked*, tantum consona *d*, leniter sibilante varians, vocali congru-

enter mutata *köz*, *koz*; tertia magis deflexa, vocali accommodata *őd*, *ód*, cum leni sibilo rariore, et usu promiscuo *őz*, *óz*. Verba triplici hoc formativo deducta, sunt omnia formae secundae radice aucta.

Reflexa verba, interna significatione spectata, alia sunt activa, quo etiam reciproca referuntur, alia passiva. Activa fiunt formativo *ked*, et *kez*; passiva formativo *őd*. Interna significatio quomodo sit proprie intelligenda, opportunius dicetur terminata formationum explanatione. Nunc utedem expositione vulgo recepta, respectu potiore ad verba, de quibus fiunt reflexa potissimum activa: quibus et neutra solent adiici, sensu quidem non nostro; nostrum de his | etiam postremo dicemus. Horum explanatio- 110 nem iam alibi datam (De Inflexione Verborum Vol. II. pag. 544.), ne repente recedamus a sensu communni, et hic repetimus.

Reflexa activa actionem ad rem eandem, tamquam ad subiectum simulque obiectum suum referunt: *emelkedik a' göz*, vapor semet attollit; *gyaláz-kod-ik*, semet ipse defamat, ignominia afficit. Neutra notant actionem subiecti, vel eius dispositionem ad aliquid, in statu quasi puro, intra se, sui intuitu: *gondol-kod-ik*, cogitat intra se, apud se, meditatur; *imád-koz-ik*, orat intra se, precatur; *fényses-ked-ik*, splendidus est per se, splendescit, Ista reflexa actio, huiusmodi verbis indicata, in lingua nostra semper sic intelligitur; licet eadem verba pleraque Latin e reddantur absolute, verbis passivis, vel neutris. Verba reciproca a reflexis eo distinguuntur, quod

subiecti actionem indicent cum alio mutuam, quam significationem radicum natura determinat: *barít-koz-ik*, amicitiam contrahit; *vagdal-koz-ik*, digladiatur; *osztoz-kod-ik*, dividit, herciscit inter se et alium.

Reflexa passiva notant passionem subiecti per se ipsum, respectu ad se: *emel-őd-ik*, attollitur ipse per se, *fojt-ód-ik*, suffocatur ipse per se. Verum et haec, licet ab Hungaris ampliore significatione intellecta, Latine tamen passive redduntur | absolute, omni reflexa notione exclusa, attollitur, suffocatur.

### I. FORMATIVUM KED ET KEZ.

Duplex hoc formativum *ked* et *kez*, admodum copiosa dat verba: quorum exempla proferenda sunt ad formationis legem clarius observandam. Sed formativi valor est prius indicandus. Est hoc pronomen reciprocum, Persis hodieque usitatum, *ipse*, personis omnibus inserviens, *ego ipse*, *tu ipse*, *ille ipse*. Apud nos, tantum in affixione superstes, de verbis activis apte facit reflexa vel solum sumtum; quod in nexu cum his obiectum referat actionis quod satis est, ipsum subiectum in se agens. In derivationibus aliis, de verbis neutris et cum primis de nominibus, intelligitur adnexum illi verbum *facit*, *se facit*; quod aliis etiam suppleri solet, *se praebet*, *se praestat*, *se dat*, *se reddit*, *se exhibet*. Ut proprius accedamus, est ipsum *hith*, quo Hebraei sua reflexa formant, de altiore origine communi eodem usu ad nos propagatum, sed in ore nostro

mutatum; utrumque in se complectens, pronomen reciprocum, et verbum *facit*, pro quo et alia substituuntur. Accommodum proinde ad formanda verba reflexa, non modo de verbis activis, verum etiam de neutris, et ipsis adeo nominibus, substantivis et adiectivis: substantivis quidem, si desit alia exponenti ratio idonea, adiective sumtis; adiectivis autem ad hanc expressionem per se iam aptis; et verbis, infinitivo vel participio prolatis.

His praemissis ordimur a reflexis de nominibus. De nomine substantivo *ember*, homo, vir, formatum, | verbum *ember-ked-ik* hoc proprie valet, vi- 112 rum se facit ille, virum se praestat, viriliter agit; de *törvény*, lex, ius, *törvény-ked-ik*, iuri se dat ille, litigat; de *szégyen*, pudor, *szégyen-ked-ik*, pudendum se praebet, ignominia semet afficit; de *agyar*, dens caninus, dens apri, elephanti, pro fremitu, qui dente fit, *agyar-kod-ik*, frementem se reddit, infremit. Huc pertinet *küsz-köd-ik*, vulgo luctatur, de nomine *küsz*. iam alibi evoluto. Item de adiectivo *agyas*, capitosus, pertinax, etiam cerebrosus, argutus, fit *agyas-kod-ik*, eadem expositione, pertinacem, argutum se facit, pertinacem, argutum se exhibet; sic de *bátor* animosus, *bátor-kod-ik*, animosum se praestat, confidentem agit; *kedves*, gratus, acceptus, *kedves-ked-ik*, gratum se praebet, gratificatur; de *vakos*, secundo adiectivo de *vak*, coecus, *vakos-kod-ik*, coecum se exhibet, coecutit; et sic reliqua oppido numerosa.

Iam de verbis derivata, et primum de monosyllabis, satis frequentia, alia habent hoc formati-

vum ipsis radicibus continenter adnexum, alia intermedia connectente vocali euphonica congruentem accomodata, *a, e.*

De prioribus sunt: *bán-kod-ik*, dolere, moerere se facit, dolentem, moerentem se reddit, de *bán*, 113 nobis activo, dolet, poenitet eum; *fér-kez-ik*, | omissa expressione iam exposita, ut vulgo redditur, in capacitatem se recipit, insinuat se, ingerit se, de *fér*, capitur a capacitatem, pertingit ad aliquid; *üt-köz-ik*, allidit se, confligit, de *üt*, quatit, percutit; *vet-kez-ik*, exuit se veste, devestit se, de *vet*, iacit, proiicit; *mér-kez-ik*, commensurat se, de *mér*, mensurat.

Alia de posterioribus: *bíz-a-kod-ik*, fidentem se exhibet, confidit, de *bíz-ik*, fudit; *bont-a-koz-ik*, reddit se conturbantem, se corrumpentem, conturbatur, corrumpitur, de *bont*, turbat, corrumpit; *tud-a-koz-ik*, scientem se facit, sciscitatur, percontatur, de *tud*, scit; *men-e-ked-ik*, securum se reddit, eliberat, de *men-ik*, securus fit, liberatur; *nev-e-ked-ik*, crescentem se facit, procrescit, augescit, de *nöö*, cum halitu *nööv*, crescit; *vél-e-ked-ik*, opinantem se reddit, opinatur inter se, secum ipse reputat, de *vél*, opinatur.

Etiam de nominibus tale est *meny*, sponsa, neonupta, item nurus: ut hoc formativum accipiat cum intermedia connectente vocali euphonica, *meny-e-kez-ik*, sponsum se facit, desponsat se, con-nubio se iungit; de quo est *meny-e-kez-et*, et *meny-e-kez-ö*, idem et contractum formativi vocali expuncta *meny-e-kz-ö*, ponunciatu demum faciliore *meny-e-*

*gz-ö*, nuptiae. Sed *emle*, literis transpositis ipsum *elme*, Lapponibus et Esthonibus *meel*, mens, memoria, ingenium; et *fene*, ferus, teter, trux; vocalem habent propriam: *emle-kez-ik*, memorem se exhibet, | meminit, memorat; *fene-ked-ik*, ferum se praebet, infensus est, infestat.

Multo sunt plura de verbis prolixioribus, formativo continenter affixo, praemissis formationibus plerisque, non tamen singulis eadem frequentia.

Pauca sunt de verbis *or* formativo natis: *gyöny-ör-köd-ik*, delectatur; *szom-or-kod-ik*, tristatur, excitata in his etiam reflexionis notione, delicienter, tristem se facit, vel exhibet. Neque rara sunt de aliis praemisso *en* formativo: *boszsz-on-kod-ik*, indignantem se praebet, vulgo indignatur; *börz-en-ked-ik*, *töpr-en-ked-ik*, iracundum, auxium se praebet, 114 irascitur, ferocit, augitur.

Singularia sunt: *kív-án-koz-ik*, exoptat, anhehat; *sír-án-koz-ik*, plorat, lacrimatur; et *sop-án-kod-ik*, angitur animo, fluctuat. Persici verbi *cháh-id-en*, velle, cupere, optare, radix *cháh*, in imperativo *opta*, idem et participium *optans*, est nobis communis, *h* in *v* mutato, *kháw*, et vocali acute prolatata, *chív*, *kív*, valore eodem optans, et optatio, cui accessit formativum itidem Persicum *án*, iam alibi indicatum, et verbum de eo praebuit hodieque usitatum, *kív-án*, optionem facit, optat, apta præparatione ad accipiendum *koz* formativum, *kív-án-koz-ik*, optantem se facit ille. Sic de *sír*, flet, olim etiam nominis valore, fletus, idem *án*, ipsi adiectum

115 dedit verbum, | *sír-án*, fletum facit, flet, quod superest in solo verbo reflexo *sír-án-koz-ik*. Ita et *sop*, angor, animi fluctuatio, sonus naturalis hominis auxii, animo fluctuantis, accepto eodem formativo abiit in verbum *sop-án*, quod aequa in verbo tantum reflexo viget, *sop-án-kod-ik*.

Occurrunt quaedam de verbis praemisso *ad*, *ed*, formativo; sed cuius consona lingualis et hic in sibilum mutatur: *ak-afz-kod-ik*, adnectit se, adhaerescit; *szak-afz-kod-ik*, rumpit, solvit se, languescit, debilitatur; *függ-esz-ked-ik*, affigit, appendit se, de radicibus proximis *ak-ad*, *szak-ad*, *függ-ed*.

Unicum est, quod scio, praemisso *es* formativo, de *ker-es*, verbum reflexum *ker-es-ked-ik*, quaestum facit, negotiatur, quaeritantem se praebet.

Plurima sunt de verbis *ol* formativo natis: multa de iis, quae *et*, item et *oz* formativo sunt aucta.

De primis damus nonnulla: *ur-al-kod-ik*, dominantem se exhibet, absoluta expressione vulgo usitata, dominatur; sic in aliis, praetermissa reflexione iam nota, *gyors-al-kod-ik*, celerat, properat, festinat; *böv-el-ked-ik*, abundat; *gyül-öl-köd-ik*, odia exercet; *les-el-ked-ik*, insidiatur; *bújá-l-kod-ik*, luxuriatur; *zeneboná-l-kod-ik*, tumultuatur.

Quaedam de secundis; *tsal-at-koz-ik*, fraudari facit se ipsum, decipitur, hallucinatur; *fogyat-koz-ik*, vulgo deficit, consumitur; *un-at-kozik*, taedio afficitur; *köv-et-kez-ik*, consequitur; *nev-et-kez-ik*, risum movet, corridet.

Aliqua porro etiam de tertiiis: *aláz-kod-ik*, <sup>116</sup> *hamv-az-kod-ik*, *oltalm-az-kod-ik*, exempla Codicis MS. Transl. Bibl. et Lépesiana, subiicit se, subiicitur, cinere se conspergit, defendit se; *hord-oz-kod-ik*, vectari se facit, migrat; *or-oz-kod-ik*, aufert se furtim, clam agit aliquid; *kérd-ez-ked-ik*, percontantem se facit, percontatur; *költ-öz-köd-ik*, migrantem se facit, commigrat aliorsum.

Postremo dantur aliqua praemissis formativis compositis: *vag-dal-koz-ik*, proscindit se mutuo; *jaj-gat-koz-ik*, lamentantem se facit, lamentatur; *seny-e-get-kez-ik*, minitantem se exhibet, minitatur.

Quae sint de reflexis amica formativo primo *ked*, et quae alteri *kez*, quae item promiscue cum utroque acceptata: docebit usus, et diligens auctorum lectio . . .

Sunt etiam Turcis usitata verba reflexa, et reciproca, altera ab alteris, accurate distincta formativis propriis. Reflexa faciunt formativo *in*, reciproca formativo *is*. Utrumque pronomen est personae tertiae, sumptum ab ipsis hoc usu significatione reciproca, omnibus personis inserviens; utrumque pluribus linguis affinibus commune, orientalibus, et septentrionalibus; sed usu domestico, et vicino, magis clarum et exploratum: *in* ipsum Turcicum pronomen demonstrativum propinquum: *iš* ipsum Persicum *es*, in affixione possessiva usitatum, Turcis vocali mutata, vel et hoc Turcicum potius, *su*, in compositione vocali praemissa *išbu*, hic, hicce. Cum verba huiusmodi apud Turcas de verbis fiant tantum activis: ad indicandam reflexionem, et reciprocationem, sufficiunt sola haec pronomina delecta. Sed reflexa formatio, quod et Meninskius bene monet, non est con-

fundenda cum formatione passiva, per affixum sono simile, verbi valore praeditum, vocali congruenter mutata, *an*, *en*, *in*, de quo iam egimus loco suo. Exemplum reflexi de *sew-mek*, amare, est *sew-in-mek*, amare se ipsum ; idem in reciproco *sew-is-mek*, amare se mutuo.

Apud Fennos etiam clare indicat Vhaëlius dari verba formae *hithpahhel*, id est reciproca, seu reflexa.

**124** Horum exempla sunt : *laske-un*, demitto me, a *lasken*, demitto : *juo-wu-en*, inebrior, inebrio me, a *juon*, bibo; *maca-u-n*, ad cumbendum me pono, a *macaan*, cumbo. In qua formatione observo formativum esse *u* vocalem, ipsum pronomen *hu* ex lingua primigenia, habitu neglecto *u*, vel etiam in *w* mutato *wu*, hoc usu reciproci valore sumtum. Hoc pronomen coalescit cum sequente pronomine, quod verbi personam indicat, primam, et secundam singularem : *laske-u-n*, primitus certe *laske-u-en*, demitto memet ego ; *laske-u-t*, primitus et hoc *laske-u-et*, demittis temet tu ; *laske-u-e*, demittit semet ille ; *laske-u-mme*, demittimus nosmet nos ; *laske-u-tte*, demittitis vosmet vos ; *laske-u-wat*, demittunt semet illi.

### FORMANIVUM ŒD, ÓD.

Explananda veniunt, et exemplis pariter illustranda, reflexa verba passiva : quae tantum de verbis fiunt, plerisque activis, neutris admodum rarissimis ; suntque propterea numero multo minore, quam priora reflexa activa. Ea vero significationem passivam accipiunt a formativo proprio *œd*, *ód*, reipsa passivo, *fit*, pronomine reciproco per contractionem in eo latente ; cuius expressio Latina, quod ad casum attinet, pendet a natura verborum, de quibus reflexa formantur ; ut vel in accusativo positum, vel auctum postpositione conveniente, formativi

verbo se accommodet. Vulgo quidem passive redduntur pleraque, reciproca significatione occulta, *per se intra se, respectu ad se.*

Horum exempla prima damus de verbis simplicibus. De activo *fon*, vel *fony*, net, filat, nectit, implexit, fit *fony-ód-ik*, genuina significatione, formativi valore clare expresso, ille fit se implectens, vulgo implexitur per se, sua vi propria. Sic de *mos*, lavat, *mos-ód-ik*, ille fit se lavans, lavatur per se; de *von*, trahit, *von-ód-ik*, ille fit se protrahens, contrahens, protrahitur, contrahitur per se; de *tör*, frangit, terit, angit, et de *ver*, qualit, verberat, *tör-ód-ik*, *ver-ód-ik*, ille fit se conterens, se angens, ille fit se concutiens, conteritur, angitur, concutitur per se. De neutro *vesz*, perit, molestatur, affligitur, et de *agg* exoleto, olim formae secundae radice aucta, *agg-ik*, angitur, conflictatur, sunt in usu reflexa passiva, *vesz-ód-ik*, *agg-ód-ik*, affligitur, conflictatur, angitur per se, intra se, respectu ad se. De aliis porro monosyllabis, et prolixioribus, consona plerumque formativa terminatis, memorantur nonnulla. De *fojt*, suffocat, *fojt-ód-ik*, suffocatur per se, proprie vero sic exponendum et hoc, et sequentia, ut illa superiora, ille fit se suffocans; de *nyújt*, protendit, *nyújt-ód-ik*, et *d* sibilante *nyújt-óz-ik*, protenditur per se; de *ért*, intelligit, *ért-ód-ik*, intelligitur per se; de *fejt*, explicat, enodat, resolvit, *fejt-ód-ik*, explicatur, enodatur, resolvitur per se. Sic de prolixiore *emészt*, consumit, fit reflexum huiusmodi *emészt-ód-ik*, consumitur per

se; de frequentativo auctiore, nobis activo, *fenyeget*, minitatur, *fenyeget-öd-ik*, et *d* sibilante, *fenyeget-öz-ik*, usu postea dubio, utri ponendum sit, sono utroque coniuncto, aliis etiam exemplis rarioribus, *fenyeget-ödz-ik*, ille fit per se minitans, minitatur intra se.

126 De duplii sono coniuncto mea quidem opinio haec est, quam depromsi: eum invaluisse ex usu promiscuo, et dubio, consonae *d*, iam proprio, iam sibilante sono prolatae. Quidam in hoc putant vigere Arabicam rationem *dal* consonam, si punctulo sit notata, acuto sono fortiore proferendi: *dzal*: quare et hanc volunt literam esse inter sibilantes distinctam; sed quae orta ex usu dubio, per promiscuum enato, non potest firmo consistere.

Rara sunt de verbis *or* et *og* formativo natis. De *gyöt-ör*, torquet, cruciat, divexat, est *gyöt-röd-ik*, explanatione gemina, ille fit se torquens, torquetur per se. Sic de *takar*, tegit, de *kev-er*, miscet, sunt *takar-ödz-ik*, *kever-ödz-ik*, sono mixto, contegitur per se, commiscetur per se. De *for-og*, versatur, est *forg-öd-ik*, versatur per se.

Quaedam etiam de verbis usurpantur praemissio *oz* formativo. De *szer-ez*, condit, comparat, transigit, est *szerz-ödik*, fit ille per se transigens, paciens, vulgo transigit, paciscitur. De *vég-ez*, finit, de *kötél-ez*, obligat, constringit, sunt *végez-öd-ik*, *kötélez-öd-ik*, finitur per se, constringitur per se.

Plurima recurrent de verbis praemissio *el* formativo, exemplis etiam hac forma hodie non usitatis. De *emel*, levat, de *hurtzol*, trahit, distrahit, vexat,

sunt *emel-öd-ik*, *hurtzol-öd-ik*, ille fit se levans, levatur per se, ille fit se distrahens, se vexans, hinc inde distrahitur per se, raptatur, vexatur. Sic de *tsúfol*, subsannat, irridet, de *motskol*, foedat, maculat, conspurcat, sunt *tsúfol-öd-ik*, *motskol-öd-ik*, ille fit <sup>127</sup> per se subsannans, irridens, vulgo irridet, illudit, ille fit per se conspurcans, vulgo et hoc conspurcat, foedat potissimum convitiis et contumeliis. De aliis hodie non usitatis, *for-g-ol*, a verbo *for-og*, versatur, *mérg-el*, *baj-ol*, *kín-ol*, de nominibus *méreg*, virus; *ira*, indignatio, *baj*, molestia, lucta, *kín*, afflictio, cruciatus, in usu sunt tamen reflexa passiva, *forgol-öd-ik*, *mérgel-öd-ik*, *bajl-öd-ik*, *kínl-öd-ik*, versatur per se, virus edit ex se, luctatur secum, afflictatur per se. Singulare est *baj-m-ol-öd-ik*, priore significatione, Lépesii auctoritate suffultum (De Inf. pag. 301.): quod praemissam indicat primam de *baj* formationem *baj-om-ik*, de hac porro secundam *baj-m-ol*, praeparationem ad tertiam.

In explanatione priore clare indicantur verba <sup>129</sup> reflexa alia activa, alia neutra, respectu certe potiore ad verba, de quibus reflexa fiunt. Est haec discernendi ratio ab aliis etiam utcunque recepta: quam sum et ego secutus in principio nostra explicans, quae cum Hebraicis tam pulchre conspirant. Sed reflexorum penitior evolutio, quam tentavi, aliam praebet divisionem, activorum tantum et passivorum, interna scilicet constructione, et per hanc interna etiam significatione. Hoc sensu nulla sunt media, seu neutra. Utraque nihilominus omnia

proinde ad relationes alias neutra sunt, in lingua certe nostra. Interna tamen constructio et relationes aliae, iunctim sumtae, in his neutris discrimen possunt facere accommodum: ut altera dicantur reflexa neutroactiva, altera, reflexa neutro-passiva.

Reflexa et reciproca verba nostra, activa sunt interna tantum constructione, in formativo ipso complexa verbum activum, et accusativum, seu obiectum, in quod transit actio subiecti verbo indicata, ipsum pronomen reciprocum, *ked*, *kez*, ut iam saepe exposui, *se facit*. Iam ad alias relationes verba huiusmodi, etiam de activis formata, nobis omnia sunt neutra, nec ulla de iis ferunt accusativum aliud, sed constructionem cum ipsis poscunt per casus alios et postpositiones accommodas: *tso-dálkozom e' dolgon*, mirantem praefeo super hac re; *emlékezem jótéteménydről*, memorem me praesto de benefacto tuo; *veled megmérkezem*, tecum me commensurantem facio; sic et reliqua omnia. Possunt tamen haec neutra ab interna constructione activa apte dici reflexa neutro activa.

Itidem et passiva reflexa omnia passiva sunt interna tantum constructione, per formativum ipsius, | indicata subiecti affectione per se, respectu ad se: ad alias vero relationes, quae dari possunt, nobis et ista aequa neutra sunt, distincta nihilominus a prioribus interna constructione passiva, ac propterea apto et haec nomine reflexa neutro-passiva.

## CAPUT II.

VERBORUM DERIVATIONES PER  
AFFORMATIVA COMPOSITA.

Sequuntur affomativa composita numero sedecim: de quibus quatuordecim constant partibus duabus, duo autem tribus. Illa, copiosiora licet, non tamen singula pari sunt frequentia in usu; ista pauca fere aequaliter usitata. De primis habent pleraque partem utramque ex simplicibus formativis prioribus; quaedam partem ex his tantum unam prae se ferunt, altera aliunde accepta, vel eiusdem sola etiam consona repetita. De alteris unum est ex tribus omnino formativis prioribus, unum ex duobus, parte tertia aliunde interiecta.

## §. I.

## COMPOSITA EX PARTIBUS DUABUS.

## A. LÁL, LÉL, LAL, LEL.

Affomativum, quod inter composita primum sumimus, vocali congruenter mutata, eaque exemplis aliis producta, aliis correpta, es *lál*, *lél*, et *lal*, *lel*, proprie *ál*, *al*, significatione genuina *facit, operatur*, consona sua ita | repetita, ut ea praemittatur 132 vocali. Verba format alia de nominibus, et tum vocali est producta; alia de verbis vocali correpta,

et potestate in his intensiore, certe frequentativa, vel transitiva tantum in verbis intransitivis. Ea vero activa sunt omnia, formae primae radice nuda.

De nomine *szám*, numerus, fit verbum huiusmodi *szám-lál*, numerum facit, numerat; de *szem*, oculus, *szem-lél*, oculo operat, inspectat, contemplatur; de *táp*, iam exoleto, alimentum, *táp-lál*, alimentum praebet, alit.

De verbis intransitivis, seu neutris, radice aucta, *hízik*, saginatur, *késik*, tardat, moratur; radice nuda *fagy*, gelat, *fáj*, dolet, fiunt verba transitiva, seu activa: *hizlal*, saginat; *kés-lel*, retardat, remoratur; *fagy-lal*, gelare facit; *fáj-lal*, dolere facit, dolore sentit. De activo *kér*, rogat, petit, poscit, fit *kér-lel*, rogitat, placat, mitigat.

Verbum *öklel*, pugnat, translate coniscat, non est hoc referendum: cum sit de nomine *ökl*, pugnus, hoc in monosyllabum contracto *ökl*, assumto *el* formativo simplici, *ökl-el*, proprie pugno petit.

Hoc formativum, propria vocali, eaque producta, *él*, congruit cum Turcico *ejl*, in infinitivo *ejl-mek*, facere; congruit cum Hebraico, quod est iam alibi memoratum, לְלָא (álal), literae ל (lamed) geminatione sublata, forma primigenia, vocali correpta, לְעַ (al) facere, operari, in re 133 aliqua occupari, etiam saepe aliquid conari, | repetitis vicibus facere. Quibus exemplis conciliari potest vocalis productio et correptio: deinde intelligitur et ipsius formativi amplior significatio, ut iam faciendi, vel operandi, iam repetendi notionem excitet. Eius consona ita repetita, ut ea vocalem praecedat, probatur exemplo analogo formativi *tet* de simplici et ipso *te* nostro in verbo aucto *te-sz-en*.

## B. TAL, TOL, TEL.

Afformativum secundum revera compositum ex aliis afformativis duobus, asyllabo *t* de *et* seu *te*, *et al* iterativo, vocali congruenter variata, est *tal*, *tol*, *tel*, significatione propria *facit conatu iterato*, vi *cer[t]e* intensiore praeditum. Verba praebet activa formae primae radice nuda, plura de verbis, nonnulla de nominibus.

De verbis prima sunt, et fere sola, iam aucta *ad*, *ed* formativo: quae non contenta *t* formativo asyllabo, idem exigunt compositum forma ampliore *tal*, *tel*, cum potestate intensiore, lege eadem; ut et huius nexus consona *d* reddatur acute sibilans; vel si quaedam in usu sint cum *t* formativo asyllabo, adhibentur eadem et cum hoc prolixiore, certe ad intensionem. Iam memoratum est verbum *mag-asz-t-al*, laudat, extolit, de *mag-ad* exoleto, laudatur, extollitur; etiam *eng-e/z-t-el*, placat, mitigat, conciliat, de *eng-ed*, indulget, cedit, obsequitur; de *vig-ad*, laetatur, hilaris est, novum additur *vig-asz-t-al*, laetificat, exhilarat, solatur. Alia sunt usu 134 utroque: *ak-asz-t*, et *ak-asz-t-al*, haerere facit, appendit, nectit, de *ak-ad*, haeret, appenditur, impletitur; *fogy-asz-t*, et *fogy-asz-t-al*, consumi facit, consumit, absunit, de *fogy-ad*, hodie non usitato, et hoc de *fogy*, adhuc superstite, deficit, decrescit, consumitur.

Auditur de verbo *hazud*, mentitur, formatum hoc modo verbum *hazud-tol*, mendacem facit aliquem, mendacii arguit.

In usu est *tekén-tél*, adspectat, respectat, significatione intensiore, quam sit *tekén-t*, utrumque de prima formatione *teké-n*, hoc cum *t* affixo asyllabo, illud cum auctiore *t-él*, vocali producta praeter morem superiorum.

De nomine adiectivo *nehéz*, gravis, molestus, est verbum *nehez-tel*, moleste fert, gravatur; sub substantivo antiquo *rova* incisio, crena, talea rationaria, est *rová-tol*, incidit, crenis incidit, incidendo ustat.

### C. DAL, DEL, RARIUS DÁL, DÉL.

Tertium afformativum compositum est ex *d* asyllabo de *od* formativo, et ex *al* iterativo et intensivo, vocali congruenter mutata et correpta *dal*, *del*, rarius producta *dál*, *dél*, significatione genuina, *fieri facit iterato, intense*. Format verba tantum de verbis simplicibus, et ea quidem activa formae primae radice nuda.

135 Sic de simplici *fúr*, forat, terebrat, est *fúr-dal*, fodicat, extimulat; de *vág*, caedit, secat, *vag-dal*, consecat, conscindit, proscindit; de *szeg*, scindit, frangit, rumpit, *szegdel*, proscindit, discindit, confringit; de *tör*, frangit, terit, tundit, *tör-del*, quassat, diringit, confringit. Ad formativi valorem accurate exprimendum radix pro nomine sumenda est: *fúr-dal*, fodicationem fieri facit iterato, intense, sic et reliqua. Vocali producta est *harap-dál*, demordet, corredit, de *harap*, verbo iam aucto, mordet.

## D. GÁL, GÉL.

Compositum afformativum quartum est ex *g* asyllabo de *og* formativo iterativo, et continuativo, et ex *ál* hic tantum factitivo, vel etiam iterativo, vocali accommodata, et semper producta, *gál*, *gél*, valore proprio, *iterato*, *continuo* *facit*, *continuo* *iterat*. Pauca format verba de verbis, et nominibus, eaque activa formae primae radice nuda.

De verbo *keres*, est *keres-gél*, quaeritur; de *dúdol*, exemplo Lépesiano *dúdol-gál*, cantitat, modulatur (De Mort. pag. 240.). Pollent ista etiam vi frequentativa: *haj-i-gál*, idem litera *j* densius prolata *hagy-i-gál*, iactat, proiectat; et *taʃz-i-gál*, trusitat, proturbat; de nominibus hodie exoletis, *haj*, iactus, et *taʃz*, impetus ; sed quae in primordiis erant simul et verba, alterum certe est et nunc in lingua Persica. In derivatis intermedia vocalis *i* pro connectente haberri potest: si more Persico non potius nominis est, *formatio*, olim | et nostris maioribus 136 usitata, *haj-i*, *taʃz-i*, sicut est hodieque *tel-i*, de verbo *tel*, aucta radice *tel-ik*.

Hac forma est etiam *ron-gál*, vulgo castigat, afflit, proprie rumpit, frangit, diruit, addita vi iterativa, de eadem radice *rom*, de qua est *rom-li-k*, et *ron-t*.

## E. KÁL, KÉL.

Quintum de compositis afformativum, usu et hoc rariore, ex nomine *ke*, diminutivorum formativo, quod minutum, parvum, modicum valet, et ex *ál*, hic iam iterativo, vocalibus concretis, est *kál*, *kél*, significatione genuina, *minute iterat*, *paululum*, *pe-*

*detentim, vicibus repetitis facit.* Praebet verba tantum de verbis formae primae radice nuda.

Sic de verbo *jár*, fit *jár-kál*, minute itat, modice ambulitat. Ita de *váj*, *szúr*, *úsz*, derivata habent 137 absolutam significationem | primam minute iteratam; *váj-kál*, paululum saepe scalpit, fodicit; *szúr-kál*, minute pungit frequenter; *úsz-kál*, paulisper nat, crebro natat.

#### F. TSÁL, TSÉL.

Sextum afformativum compositum, priori geminum, ex *tsa*, altero diminutivorum formativo valore eodem, et ex *ál* iterativo, concretis vocalibus, est *tsál*, *tsél*, significatione prorsus eadem. Pauca et hoc praebet verba, quaedam de verbis, rariora de nominibus, formae primae radice nuda.

Sic de *farag*, sculpit, factum est *farag-tsál*, minute sculpit saepe vel continuo; de *vakar*, fricat, radit, scalpit, *vakar-tsál*, paululum iterato fricat, radit, scalpit. Sed *hang-i-tsál*, vulgo resonat, accinit, est de nomine *hang*, quod valet sonum, tonum, tinnitus, cum intermedia *i* vocali vel connectente, vel formativa Persica, paulo ante memorata.

#### G. GAT, GET.

138 Septimum afformativum compositum, ex *g* asylabo de *og* iterativo, et ex *et* factitivo notissimo, vocali congruenter variata est *gat*, *get*, cum vi frequentativa, *iterato facit*: quam addit verbis affixum simplicibus primitivis, et derivatis aliis, cum *og* for-

mativo simplici non usitatis; etiam nominibus non paucis hoc pacto in verba mutatis.

Usu est frequentiore, et verba, pro indole partis factitiae, dat omnia activa, formae primae radice nuda. In nexu cum radicibus monosyllabis resuscitatur partis prioris vocalis absorpta, reliquis accommodata, compositionis parte utraque iam integra *og-at, eg-et, ög-et*.

De verbis monosyllabis, hodieque usitatis, aliis simplicibus primitivis, aliis formatione aliqua iam auctis, ex multis adducuntur nonnulla. Sic derivatur *ad-og-at*, dat crebro, datat, de verbo simplici *ád*, dat; eoque pro nomine sumto, ut Esthones faciunt, pronunciatu sonantiore, *and, add, Gabe, Geschenk, datum, datio, donum, compositione tota accurate expressa, dationem iteratam* facit; eadem expositione in reliquis etiam sic adhibenda. Ita est *tsal-og-at*, deceptat, illectat, de *tsal*, decipit, fallit, fraudatur; item | et *mos-og-at*, lavat, abluit saepe, 139 vulgo de vasis dictum, quae crebro intincta purgantur, de simplici *mos*, lavat. Sic de aliis, *fzed*, legit, colligit, carpit, *önt*, fundit, spargit, *üt*, quatit, pulsat, fiunt forma eadem frequentativa: *fzed-eg-et*, legit, carpit iteratis vicibus; *önt-ög-et*, funditat, conspergit iterato; *üt-ög-et*, quassat, pulsitat. Similiter alia de aliis formatione aliqua iam auctis: *tart-og-at*, asservat, sustentat continuo, de *tart*, servat, tenet; *ment-eg-et*, defensat, de *ment*, securum reddit, defendit; *néz-eg-et*, adspectat, de *néz*, adspicit, intuetur.

Quaedam de radicibus, hodie iam exoletis: *tám-og-at*, fulcit, sustentat, nisu et hoc iterato; *vál-og-at*, vi itidem frequentativa, selectat; quorum radices alibi sunt iam indicatae cum formationibus aliis, *tám-afz-t*, *vál-afz-t*. Sic *has-og-at*, diffindit, dissecat frequenter, de radice hodie non usitata *has*; quae certe, fissionem, hiatum valet, et praebet verba alia; *has-ít*, findit, hiare facit; *has-ad*, finditur, fatiscit, hiat; de hoc porro *has-ad-oz*, vi frequentativa, hiatat.

Sunt nihilominus exempla in monosyllabis prima vocali absorpta: *rán-gat*, trahit, agitat, de radice *rán*; de qua est *rán-t*, eadem significatione absoluta, trahit, agitat; *rán-d-ít*, attrahit, commovet; *rán-d-úl*, abripitur, dimovetur.

140 Alia de radicibus proximis iam auctioribus: *olvas-gat*, lectitat, de *olvas*, legit; *tanít-gat*, instituit frequenter, de *tanít*, docet, instituit; *épít-get*, aedificat continuo, de *épít*, aedificat; *tanúl-gat*, discit frequenter, de *tanúl*, discit; *tsinál-gat*, factitat, de *tsinál*, facit, parat; *repül-get*, volitat, de *repül*, volat; *izen-get*, crebro nunciat, de *izen*, nunciat; item et *jelen-get*, indicat identidem, ostentat, de *jelen*, aucta radice *jelen-ik*, appareat, indicatur. Huc refertur *tek-én-get*, adspectat, contuetur, de *tek-én*, praemissa formatione diminutiva, quae tamen hodie, nuspian auditur sola, sicuti nec *mér-én*, nec *sér-én*, de quibus sunt *mér-én-get*, *sér-én-get*, iterato minutim mensurat, iterato parumper sauiat.

Sed *pirong-at*, opprobat, et *fzorong-at*, arctat, angu-

stat, *kereng-at*, gyrat, rotat, deinde *forg-at*, versat, *mozg-at*, motitat, et plura alia istis analoga, non sunt restringenda ad hanc legem formationis compositae: cum ista, et alia in usu sint praemissi *og* formativo simplici vel asyllabo, vel syllabico, *pir-on-g*, *szor-on-g*, *ker-en-g*, *for-og*, *moz-og*, neutra significatione, pudore confunditur, arctatur, versatur, motitatur; et activa fiunt accepto *et*, *at* formativo, quod est loco suo satis explanatum.

Sunt quaedam verba hoc formativo derivata de nominibus adiectivis: *édes-get*, illectat, pellectat, | de *édes*, 141 quod dulcem valet, et suavem; expressionē genuina dulciter, vel suaviter saepe facit; deinde *himes-get*, colorat, acupingit, addita et hic vi frequentativa, et valore proprio, de *himes*, quod vermiculatum, variegatum, acupitum significat.

Formativum sono simile *gåt*, frequens est in lingua Lapponica, in Lexico praesertim Ihreano, cum nostro non confundendum. Est enim significatione diversum, Ganandri expressione fideliore *kåd*, incipit, inchoat, nobis consona *d* in lenem sibilum mutata *kez*, radix verbi *kez-d*; diversum praeterea, et usu, derivandis utpote verbis inchoativis destinatum. Lapponicum *passa-gåt-et*, accuratius *passa-kåd-et*, lavare incipere, inchoativum est de *pass-at*, lavare; quod *p* in *m* mutato est ipsum *mos* nostrum, eadem significatione lavat; sic *puodo-gåt-et*, rectius *puodo-kåd-et*, claudere, praecludere, operire incipere, de *puod-ot*, claudere, praecludere, operire; quod *p* in *f* mutato rursus nostrum est, *föd*, significatione eadem, et vicina, operit, tegit, velat: *tjero-gåt-et*, exactius *tjero-kåd-et*, flere incipere, de *tjer-ot*, flere; *tj*, litera combinata aspere sibilante et hoc cum nostro *sir* pulchre congruens, valore eodem flet, plorat. Nostra, more nostro sic formata, frequentativa sunt: *mos-og-at*, *föd-ög-et*, *sir-og-at*.

## H. DOS, DES, DÖS.

**142** Compositum afformativum octavum, vocali congruenter mutata, est *dos*, *des*, *dös*, ex *d* asyllabo de *od* formativo, et ex *os* formativo integro, illo actum, isto vero eundem citatum et frequentem indicante, valore proprio, *facit citatim*, frequenter. Verba eo derivata, satis frequentia, ut plurimum de verbis, et iis quidem monosyllabis, sunt pleraque activa, pauca neutra: utraque autem formae primae radice nuda.

Tale est *rúgdos*, calcitrat citatim et frequenter, de simplici *rúg*, calcitrat. Sic exponenda sunt et reliqua: *fog-dos*, prensat, contrectat, de *fog*, capit, prehendit; *kap-dos*, captat, raptat, de *kap*, capit; *nyom-dos*, pressat, concalcat, de *nyom*, premit, calcat; *von-dos*, trahit citatim hinc inde, tractat, de *von*, trahit; *tsíp-des*, pervellit, vellicat, de *tsíp*, pungit, carpit, vellit; *öl-dös*, interficit festinanter, et continuo, de *öl*, necat, occidit, interficit. Sed *rep-des*, volitat, est de nomine antiquo *rep*, quod iam alibi expositum est alam et volatum significare: quamquam idem, ut apud Persas, usu primigenio fuerit certe et verbi valore, aucta radice, *rep-ik*, volat.

## I. DOZ, DEZ, DÖZ.

Nonum afformativum compositum, vocali accommodata, est *doz*, *dez*, *döz*, ex eodem *d* asyllabo de *od* formativo, et de *oz* formativo integro frequen-

tativo, significatione genuina, *facit frequenter*, vel *fit frequenter*.

Verba praebet rariora de verbis, cum primis 143 praemisso *ol* formativo derivatis: quae formae sunt primae radice nuda.

Sic de *rúg*, calcitrat, praevia formatione *rúg-ol*, factum est *rúg-ol-doz*, calcitrat frequenter; *ol* et *od* formativis etiam suo valore cumulatius expressis, calcitrationem facit fieri frequenter. Similiter *löv*, cum halitu obscuro *löv*, iaculatur, praevia formatione *löv-öl*, abiit demum in *löv-öl-döz*, iaculatur iterato et continuo. De *öklö*, pugnus, praemissa formatione hoc exemplo usitata, *ökl-el*, pugno petit, pugnat, translate coniscat, natum est *ökl-el-dez*, pugno petit, coniscat frequenter. Est etiam de verbo *ugr-ik*, salit, praevia formatione *ugr-án*, verbum auctius *ugr-án-doz*, saltitat.

De antiquo *üld*, persequitur, frequentativum *üld-öz* non est hic referendum: quod Párizpapaius male confundit cum *öl-dös*, derivato verbo ut supra vidi, de radice diversa *öl*. Non pertinet hic *kérd-ez*, quaeritat, deinde *hord-oz*, gestat, vectat, et alia his analoga: quae *d* formativo asyllabo auctiam vigent usu separato, et, ut vim habeant frequentativam, increscunt *oz* formativo simplici, loco suo satis explanato.

## K.

## KOD, KED.

Decimum formativum compositum, vocali congruenter variata, est *kod*, *ked*, diversum a reflexo: |

144 iquidem verba eo derivata sunt activa formae drimae radice nuda. Id vero, ad verba pauca de verbis formanda, coaluit ex *ke* diminutivorum formativo, vocali absorpta, et ex *od* formativo integro, hoc ferme valore, *minute*, patulisper, idem tidem facit.

Sic de *tsip*, pungit, carpit, vellit, factum est *tsip-ked*, carpit minutim, vellicat; de *kap*, capit, *kap-kod*, captat identidem; de *nyom*, premit, calcat, *nyom-kod*, pressat, calcat pedetentim. In hoc postremo auditur formativum etiam inverse prolatum, idque Párizpápaius Lexico suo intulit, *nyom-dok-om*, calco, conculeo.

## L

## KOS, KES.

Compositum formativum undecimum, vocali accommodata, est *kos*, *kes*, ex *ke* diminutivorum formativo, vocali absorpta, et ex *os* motus citati formativo integro, significatione propria, *minute celerat*. Superest in exemplo, quod sciam, unico, formae primae radice nuda: *fut-kos*, cursitat, discurrit, de *fut*, fugit, currit.

## M.

## AND, OND, END.

Compositum formativum duodecimum, ex *an*, *on*, *en*, vocali accommodata, et ex *d* asyllabo de *od*, est *and*, *ond*, *end*, eadem prope significatione ad intensionem geminata, *fieri facit*. Est vero et hoc exemplo admodum raro in verbis, formae primae | 145 radice nuda, derivatis tantum de nominibus.

De radice *ör*, laetitia, est *ör-v-end*, cum connectente *v* halitu euphonico, laetatur, proprie laetitiam fieri facit. Sic *motsk-ond*, maculat, foedat, sordidat, de nomine *motsok*, contracte *motsk*, macula, sordes, labes; deinde *fetsk-end*, prorumpit, prosilit, de *fetsek*, contracte *fetsk*, et hoc de *fets*, quod est eruptio, ipse sonus naturalis liquidi erumpentis; demum *tsikl-and*, titillat, cuius radicem *tsikol*, eandem et contractam *tsikl*, probat adiectivum *tsikl-os*, titillosum.

Est hoc vocabulum nobis cum Lapponibus commune, *tjokkol-d-et*, *tj* litera combinata crasse sibilante, nostra lectione, *tsokkol-d-et*, titillare, infinitivi terminazione resecta *tsokkol-d*: in quo *d* finale est formativum asyllabum, *fit*, vel *facit*, ad derivandum verbum de radice communi *tsokkol*, *tsikol*, titillus, titillatio, hoc fere significatu, titillus fit vel titillum facit; sed nos eidem *d* formativo praemisimus et aliud *an*, potestate intensiore *tsikl-and*, titillum fieri facit.

N.

ONG, ENG.

Decimum tertium formativum ex *on*, *en*, formativo integro, et ex *g* asyllabo de *og*, in hoc nexu continuativo, est *ang*, *eng*, valore proprio, *fit*, vel est continuo. Format verba aliquanto | frequentiora, 146 potissimum de nominibus primitivis, plerisque iam exoletis, quaedam etiam de verbis. Sunt ea neutra formae primae radice nuda.


De nomine usitato *bús*, tristis, moestus, fit *bús-ong*, ut vulgo redditur, moeret, tristatur, pro-

prie vero, moestus, tristis est continuo. De aliis iam exoletis, *bur* vel *bor*, *pir*, *szor*, *ker*, *vers*, tegulum, rubor, angustia, circulus, et gyrus, lis, ve, contentio, sunt verba huiusmodi: *bor-ong*, expressione vulgari obtegitur, obducitur; *pir-ong*, rubore suffunditur; *szor-ong*, arctatur, premitur; *ker-eng*, circumit, circumvolvit, gyratur; *vers-eng*, litigat, disceptat. De verbo *száll*, subsidit, descendit, est *száll-ong*; de *áll*, stat, consistit, subsistit, est *áll-ong*; utrumque sumendum sui primitivi significacione continuata.

### O. ÉNT, INT.

Compositum ex partibus duabus formativum decimum quartum, et postremum, est *ént* et *int*, ex *in* formativo in verbis diminutivo, vocali mutata *én*, et ex *t* asyllabo de *et* formativo, notissimo: quod est, inter simplicia formativa rariora, satis iam ostensum, et explanatum exemplis pluribus.

Hic alia adducuntur ad claritatem maiorem: 147 *tsíp-ént*, vel *tsíp-int*, pungit, mordet leniter, proprietatem, morsum levem facit, de *tsíp*, pungit, mordet; *nyom-ént*, vel *nyom-ínt*, premit paulisper, de *nyom*, premit; *nyal-ént*, vel *nyal-int*, lingit modice, de *nyal*, lingit, lambit; *ráz-ént*, vel *ráz-int*, agitat, succutit paulisper, de *ráz*, agitat, succutit; *tap-ént*, vel *tap-ínt*, attractat leniter, de *tap*, hodie iam exoleto, de quo est frequentativum *tap-og-at*, palpat, attractat, contrectat.



## §. II.

## COMPOSITA EX TRIBUS PARTIBUS.

A. DOGAL, DEGEL, DÖGEL,  
 vocali secunda etiam producta,  
 DOGÁL, DEGÉL, DÖGÉL.

Afformativum, ex tribus partibus compositum, primum omnino frequens, vocalibus congruenter mutatis et postrema usu potiore correpta, est *dogal*, *degel*, *dögel*, eadem saepe etiam {producta, *dogál*, *degél*, *dögél*. Vis frequentativa est in eo intensa, per partem posteriorem utramque iterativam, *og*, et *al*, praemisso *d* asyllabo de *od* formativo, valore pleno, *fit*, vel *facit* continuata iteratione. Verba format tantum de verbis, et plurima de monosyllabis, eaque activa, et neutra, qualia sunt ipsa primitiva, utraque tamen formae primae radice nuda.

Proferuntur activa quaedam de activis monosyllabis: *föz-dögel*, coquitat, de *föz*, coquit; *hány-dogal*, iactitat, de *hány*, iactat, succutit; *ír-dogal*, scriptitat, de *ír* scribit; *kér-degel*, rogitat, efflagitat, | de *kér*, rogat, petit; *mér-degel*, pensitat, pensiculat, 148 de *mér*, mensurat, metitur; *néz-degel*, adspectat, inspectat, de *néz*, spectat. In sequentibus videtur haec formatio esse de radicibus primis: *haj-dogal*, agitat, circumflectit, de *haj*; *kül-dögel*, missiculat, de *kül*; *fu-dogal*, cursat, cursitat, de *fu*. In his enim formativa alia, *it* in *hajít*, *d* in *küld*, *t* in *fu-t*, compen-

satur per *d*, primam literam formativi compositi, *d-og-al*, *d-eg-el*, valoris eiusdem. Sic fere sumi potest *mon-dogal*, dictitat, de *mon*: nisi obstet neglecta in hoc geminatio consonae eiusdem, *mondogal*, ut fieri solet pronunciatus segniore; qui etiam superiora facile potuit vitiare, fortius exprimenda, *küld-dögel*, *fut-dogal*.

Adduntur alia neutra de neutrīs aequē monosyllabis: *jő-dögel*, ventitat, de *jő*, venit; *nő-dögel*, succrescit, accrescit, augescit, de *nő*, crescit, augeatur; *es-degel*, occasat, labat, de *es-ik*, cadit; *jár-dogal*, ambulat, de *jár*, ambulat; *men-degel*, itat, de *men*, it, meat, vadit; *úsz-dogal*, natat, de *úsz*, nat; *ül-dögel*, sessitat, de *ül*, sedet.

De verbis cum sibilo evanescente, *e-fz-ik*, edit, *i-fz-ik*, babit, *ve-fz-en*, accipit, emit, fit huiusmodi formatio geminata formativi *d* litera, ad compensandum sibilum evanescētem: *e-d-degel*, esitat; 149 *i-d-dogal*, potitat; *ve-d-degel*, acceptat, emitat.

Sequuntur exempla alia de verbis prolixioribus: *repül-degel*, volitat, de *repül*, volat; *kérdez-degel*, quaerit, rogitat, de *kérdez*, inquirit, percontatur; *zönög-dögel*, sonitat, bombilat, de *zönög*, sonat, crepat; *énekel-degel*, cantitat, de *énekel*, canit, cantat. Singulare est exemplum Lépesianum de verbo iam minute iterante *vakar-tsál*, addita et hac formatione ad intensionem maximam, *vakar-tsál-dogál*, fricat, radit, scalpit, minuta iteratione continuata (De Mort. pag. 112.).

Occurrit exemplum huius formativi parte tertia

resecta, ut principio et hoc ex duabus tantum partibus prioribus compositum fuisse videatur, *dog, deg, dög*: *jö-dög*, eadem significatione, quam habet *jö-dög-el*, ventitat, ventat, de simplici *jö* venit.

### B. DOKOL, DEKEL, DÖKÖL.

Alterum afformativum ex tribus partibus compositum, rarius priore, vocali accommodata, est *dokol, dekel, dököl*. Ex praemissis est et huius significatio propria, iam satis clara, *fit*, vel *facit minuta iteratione*: quae tamen vulgo negligitur, data huiusmodi verborum expressione absoluta, vel modo alio intensa. Praebet verba de verbis tantum simplicissimis, et ea quidem, qualia sunt ipsa primitiva, activa et neutra; illa formae primae radice nuda, ista vero pleraque formae secundae radice aucta. Amicum est contractioni, expuncta vocali secunda, quoties affixis augetur a vocali inchoantibus.

Sic de simplici verbo *ér*, tangit, contingit, fit 150 *ér-dekel*, expressione intensiore contingit, pertingit, percutit; de *fal*, glutit, sublabrat, *fal-dokol*, deglutit, ingurgitat; de *öl*, necat, interficit, *öl-dököl*, enecat, interficit, stragem edit; de *fül*, suffocatur, *fül-dokol*, praefocatur.

Alia formae secundae radice aucta: de *es-ik*, cadit, fit *es-dekl-ik*, occasat, labat; de *hal*, moritur, *hal-dokl-ik*, emoritur, agonizat. Verbum *tün-dökl-ik*, radiat, splendet, confulget, pro radice videtur habere verbum *tün-ik*, appareat, figuratur, transfiguratur; acceptum nominis valore *tün*, prima significatione

apparentia; ut hoc pacto radiatio sic fere sit expressa in derivato *tün-dökl-ik*, apparentia sit minutim iterata.

Fuit et hoc formativum principio ex duabus tantum partibus prioribus compositum, tertia nondum assumta, *dok*, *dek*: cum verbum *es-dekl-em* sit forma etiam breviore *es-dek-em*, eadem significatione, occaso, labo. Potest ad hanc formationis legem revocari etiam verbum *nyom-dok-om*, quod supra dixi, *kod* formativo inverse pronunciato, in istam formam transvisisse ex *nyom-kod-om*.

151 Affermativa composita, ut clare vidimus, praedita sunt omnia potestate intensiore, et ea quidem potissimum frequentativa, non tamen singula ratione eadem: in aliis enim est sola iteratio plana; in aliis iteratio citata; in aliis minuta, et lenior, quodammodo interrupta; in aliis continuata, et intensa.

### CAPUT III.

## VERBORUM DERIVATIONES PER AFFORMATIVA PECULIARIA OMNIBUS VERBORUM SPECIEBUS NEXILIA.

Explananda sumuntur loco postremo verborum duo tantum affermativa peculia: quae omnibus verborum speciebus nectuntur, et simplicibus, seu nudis, et derivatis, seu iam auctis, tam simplici, quam accumulata formatione. Est vero in affixione

et horum alterum prius altero: quare etiam ordo in iis exponendis idem est servandus. Prius format verba, ut nos dicimus factitiva; posterius autem potentialia.

### §. I.

#### AFFORMATIVUM FACTITIVORUM, TAM ACTIVORUM, QUAM PASSIVORUM, MINUS ET, AT, MAIUS TET, TAT.

Duplex est affomativum verborum factitivorum: alterum minus *et*, ipsum *te* iam saepe memoratum, radix prima verbi auctioris *te-fz-en*, vocali congruenter mutata *at*; alterum maius *tet*, vocali accommodata *tat*, de priore natum, eoque sonantius, consona *t* sic geminata, ut praemittatur vocali.

De formativo minore iam dictum est loco suo: <sup>152</sup> eius accessione fieri verba activa, primum de nominibus primitivis simplicissimis, de verbis postea neutrīs continuationis formativo derivatis, praesertim de onomatopoeiis. Sed hic differt functione sua: verbis enim iungitur, iisque tam neutrīs et neutro-passivis, quam etiam activis, plerisque monosyllabis: ut illa faciat non tantum pura activa, sed et activa factitiva; ista autem reddat duplicitē activa, additā vi pariter factitiva. Idem praestat et maius formativum, sonantius iunctum verbis polysyllabis, paucis tamen exceptis, et quibusdam praeterea monosyllabis.

Utrumque enim in hac quoque affixione, pri-

mam, et propriam habet significationem verbi *facit*; quae tamen, et latius sumta, vulgo reddi solet per verba *iubet*, *mandat*, *curat*. Vim ergo effectivam addit priori verborum notioni: indicat nempe effectorem per alium actionis status et passionis, quae notatur ipsis verbis prioribus, activis, neutris, neutro-passivis. Et verba sic formata ab ipso formativi valore apte vocantur factitiva, vel effectiva; quae vulgo iam dudum mandativa dicuntur. Sunt haec factitiva hoc ipso iam activa, formae indeterminatae primae radice nuda, et pro construendi ratione formae etiam determinatae.

153 Verba factitiva sic derivata, eodem hoc formativo, de verbis praesertim activis, fiunt nobis etiam passiva, inflexione tantum passiva, per formam nempe indeterminatam secundam radice aucta. Et hoc usu recte vocantur verba huiusmodi factitiva passiva: satisque differunt inflexione distincta ab alteris factitivis activis; et ubi congruunt, discrimen est ex sensu capiendum.

#### A. VERBA FACTITIVA ACTIVA.

Verba primum factitiva activa illustranda sunt exemplis, et ea quidem prius de verbis monosyllabis formata, postea de polysyllabis.

#### 1. DE VERBIS MONOSYLLABIS.

Verba factitiva activa cum formativo minore fiunt de verbis monosyllabis potissimum activis. Talia sunt ex. gr. *kér*, petit; *fzeg*, scindit; *tép*, vellitat; *öl*, occidit; *süt*, assat; *küld*, mittit; *tölt*, im-

plet; deinde *ád*, dat; *rak*, struit, ponit; *lop*, furatur; *rúg*, calcitat; *mond*, dicit; *ront*, destruit; de quibus factitiva sic formantur, *kér-et*, *szeg-et*, *tép-et*, *öl-et*, *süt-et*, *küld-et*, *tölt-et*; *ad-at*, *rak-at*, *lop-at*, *rúg-at*, *mond-at*, | *ront-at*; significatione genuina, facit ut 154 aliquis petat, sic et alia, facit, ut aliquis det, ita et reliqua; quae vulgo et sic redunduntur, iubet aliquem petere, iubet aliquem dare, vel iubet peti, iubet dari, etiam petendum curat, dandum curat.

Verba cum halitu obscuro in fine quiescente, hunc in motum ponunt accepto formativo minore: ex. gr. *hí*, vocat; *fú*, flat; *lő*, iaculatur; *sző*, texit, halitu expresso *hív*, *fuv*, *löv*, *szöv*; de quibus sunt factitiva, *hiv-at*, *fuv-at*, *löv-et*, *szöv-et*.

Duo haec, *nyom*, premit, et *von*, trahit, promiscue sumuntur, cum minore, et maiore formativo: *nyom-at*, *von-at*; etiam *nyom-tat*, *von-tat*. Sed *lát*, videt, deinde *vet*, proiicit, *köt*, ligat, t simplici terminatum, tantum maius recipit, *lát-tat*, *vet-tet*, *köt-tet*; ita et *nyög*, gemit, habet *nyög-tet*; etiam *gyón-ik*, confitetur, et *szop-ik*, sugit, lactat, affixo pronomine resecto, sic sunt factitiva, *gyón-tat*, *szop-tat*.

Verba, cum sibilo acuto evanescente, et hoc, et affixo pronomine amisso, accipiunt ad simplicissimas radices suas formativum maius, earum vocali *e* producta: quare *te-sz-en*, facit; *ve-sz-en*, accipit; *vi-sz-en*, portat; *hi-sz-en*, credit; *e-sz-ik*, edit; *i-sz-ik*, bibit; sic fiunt factitiva, *té-tet*, *vé-tet*, *vi-tet*, *hi-tet*, *é-tet*, etiam *e-tet*, *i-tat*.

Monosyllaba verba neutra, simplici consona

terminata, et, quae *ik* pronomine gaudent, eo utique resecto, pleraque maiore increscunt formativo: ex 155 gr. *él*, vivit; *ül*, sedet; *jár*, ambulat; | *foly*, fluit; *fut*, fugit; deinde *lép-ik*, graditur, *szök-ik*, salit; *lak-ik*, comessatur, et habitat; *bíz-ik*, confidit; *szok-ik*, suescit; sic abeunt in factitiva, *él-tet*, *ül-tet*, *jár-tat*, *foly-tat*, *fut-tat*, *lép-tet*, *szök-tet*, *lak-tat*, *biz-tat*, *szok-tat*. De antiquo *tet-ik*, quod postea sic invaluit cum augmento *tet-üsz-ik*, *tet-sz-ik*, prima significatione appareret, natum est factitivum modo eodem, *tet-tet*, proprie apparere facit, usu iam recepto simulat, finit, ementitur.

Sed *lög*, pendet, agitatur; *fogy*, deficit; et *múl-ik*, praeterit, evanescit; amica sunt formativo minori, *lög-at*, *fogy-at*, *mul-at*.

Ita et alia, duplii consona finita, eodem augentur formativo minore: ex gr. *áll*, stat; *hull*, decidit; *dögl-ik*, putescit, lue vel peste interit; *oszl-ik*, dividitur; *mosd-ik*, abluit se; *ugr-ik*, salit; sic fiunt factitiva, *áll-at*, *hull-at*, *dög-let*, *oszl-at*, *mosd-at*, *ugr-at*.

Tria haec verba *fek-üsz-ik*, *al-usz-ik*, *nyug-osz-ik*, iacet, dormit, quiescit, ad simplicissimas radices primas acceperunt olim formativum minus, *fek-et*, *al-at*, *nyug-at*; sed hodie usurpantur cum maiore, *fek-tet*, *al-tat*, *nyug-tat*. Verum *esk-üsz-ik*, iurat, et *alk-usz-ik*, paciscitur, convenit, quia radices 156 primas habent duplii consona | terminatas, audiuntur et nunc cum formativo minore, *esk-et*, *alk-at*. Ab alia eorum forma, *esk-üd-ik*, *alk-ud-ik*, quam

sæt olim et *fek-üsz-ik*, et *al-usz-ik* et *nyug-ofsz-ik*, secutum, sibilo acuto in literam lingualem abeunte, *fek-üd-ik*, *al-ud-ik*, *nyug-od-ik*, sunt etiam factitiva alia, lege verborum iam polysyllaborum, *esk-üd-tet*, *alk-ud-tat*, *fek-üd-tet*, *al-ud-tat*, *nyug-od-tat*; sicut a verbo *tselek-ed-ik*, non vero a *tselek-esz-ik*, facit, agit, operatur est *tselek-ed-tet*.

Exempla superiora probat antiquitatis veneranda auctoritas. Vita M. S. Pauli I. Eremitae haec habet: *az napnak hévségére feketék*; eum ad solis aestum cubare fecerunt; *egy ágyba hanyotta feketék*; eum in lecto supinum cubare fecerunt. Etiam Albertus Molnárus ita loquitur: *megparantsolá, hogy fejedelmi ágyba fekessék le* (De Summo Bono pag. 326.); demandavit, ut eum in lecto imperatoris decumbere faciant. Sic etiam Maros-Vásárhelyius: *ötet posztóba takará, és a' jászolba feketé* (pag. 33.); eum panno involvit et in praesepe iacerefecit.

Haec leguntur porro in Codice M. S. Transl. Bibl.: *és alotom öket bizodalma* (Osee II. 18.); et dormire eos faciam fiducialiter. Quem locum ipse etiam Kaldius hic habet: *és alutom öket bátorságosan*. Hunc usum antiquum notavit, et Molnárus, et Párizpápius in suo Dictionario: *alutom*, sopio, id est, dormire facio. Ita scribit Gabriel Pestius: *és én megnyugotlak titeket* (Matth. XI. 28.); et ego reficiam vos. Quo loco pulchre convenit in verbis singulis et 157 Silvester, et Káldius. Habet idem et Telegdius: *leteleped-teti* és *megnyugotja öket* (Part. III. pag. 713.); discubere, et quiescere eos faciet. Deinde etiam Pázmánus: *az én lelkemet nyugosd meg te benned* (Lib. Prec. pag. 130.); animam meam conquiescere facias in te. Sed idem adhibet huius verbi factitivum a forma etiam prolixiore: *országodnak tsendességében megnyugodtatſz minket* (Ibid pag. 18.); in regni tui tranquillitate conquiescere nos

facies. Variat vero Maros-Vásárhelyius suum factitivum in verbo *fekü/zik*, et id a forma prolixiore pariter derivat: *fzénára feküdtette a' jázolba* (pag. 36.); supra foenum iacere fecit in praesepe.

## 2. DE VERBIS POLYSYLLABIS.

Reliqua verba polysyllaba, ut eo sint sonantiora, fiunt factitiva accepto formativo maiore. Sed ea, quae alias aucta usurpantur *ik* pronomine, id et hic amittunt. Exempla adducuntur ad plenam claritatem, ex omni verborum specie, secundum formationum seriem.

<i>Fut-am-ik.</i>	Procurrit.	<i>Fut-am-tat.</i>
<i>Fél-em-ik.</i>	Extimescit.	<i>Fél-em-tet.</i>
<i>Áll-ap-ik.</i>	Subsistit.	<i>Áll-ap-tat.</i>
<i>Ül-ep-ik.</i>	Subsidit.	<i>Ül-ep-tet.</i>
<i>Vak-ar.</i>	Fricat.	<i>Vak-ar-tat.</i>
<i>Kev-er.</i>	Miscet.	<i>Kev-er-tet.</i>
<i>Fut-os.</i>	Cursitat.	<i>Fut-os-tat.</i>
<i>Rep-es.</i>	Volitat.	<i>Rep-es-tet.</i>
<i>Vad-á/z.</i>	Venatur.	<i>Vad-á/z-tat.</i>
158	<i>Füty-ész.</i>	Sagit, vestigat.
	<i>Bék-éll-ik.</i>	Reconciliatur.
	<i>Gond-ol.</i>	Cogitat.
	<i>Rend-el.</i>	Ordinat.
	<i>Lobb-an.</i>	Inflammatur.
	<i>Rett-en.</i>	Tremefit.
	<i>Lobb-og.</i>	Flammam agitat.
	<i>Rett-eg.</i>	Fremit continuo.
	<i>Eng-ed.</i>	Cedit, indulget.
	<i>Fog-ad.</i>	Recipit.
	<i>Nedves-ed-ik.</i>	Humectatur.
	<i>Mohos-od-ik.</i>	Muscatur.
	<i>Nev-et.</i>	Ridet.

<i>Ug-at.</i>	<i>Latrat.</i>	<i>Ug-at-tat.</i>
<i>Ren-g-et.</i>	<i>Agitat, versat.</i>	<i>Ren-g-et-tet.</i>
<i>Moz-g-at.</i>	<i>Molitat.</i>	<i>Moz-g-at-tat.</i>
<i>Kéj/z-it.</i>	<i>Parat.</i>	<i>Kéj/z-it-tet.</i>
<i>Új-it.</i>	<i>Renovat.</i>	<i>Új-it-tat.</i>
<i>Rém-ül.</i>	<i>Tremiscit.</i>	<i>Rém-ül-tet.</i>
<i>Bám-úl.</i>	<i>Stupescit.</i>	<i>Bám-úl-tat.</i>
<i>Figy-el-m-ez.</i>	<i>Attendit.</i>	<i>Figy-el-m-ez-tet.</i>
<i>Szid-al-m-az.</i>	<i>Convitiatur.</i>	<i>Szid-al-m-az-tat.</i>
<i>Éh-ez-ik.</i>	<i>Esurit.</i>	<i>Éh-ez-tet.</i>
<i>Szomjú-z-ik.</i>	<i>Sitit.</i>	<i>Szomjú-z-tat.</i>
<i>Gyönyör-köd-ik.</i>	<i>Delectatur.</i>	<i>Gyönyör-köd-tet.</i>
<i>Szom-or-kod-ik.</i>	<i>Tristatur.</i>	<i>Szom-or-kod-tat.</i>
<i>Emle-kez-ik.</i>	<i>Recordatur</i>	<i>Emle-kez-tet.</i>
<i>Tud-a-koz-ik.</i>	<i>Sciscitur.</i>	<i>Tud-a-koz-tat.</i>
<i>Vesződ-ik.</i>	<i>Conflictatur.</i>	<i>Vesződ-tet.</i>
<i>Agg-ód-ik.</i>	<i>Angitir.</i>	<i>Agg-ód-tat.</i>
<i>Szám-lál.</i>	<i>Numerat.</i>	<i>Szám-lál-tat.</i>
<i>Szem-lél.</i>	<i>Contemplatur.</i>	<i>Szem-lél-tet.</i>
<i>Vig-afz-tal.</i>	<i>Solatur.</i>	<i>Vig-afz-t-al-tat.</i>
<i>Eng-ejz-tel.</i>	<i>Mitigat.</i>	<i>Eng-ejz-t-el-tet.</i>
<i>Fur-dal.</i>	<i>Fodicat.</i>	<i>Fur-dal-tat.</i>
<i>Szeg-del.</i>	<i>Discindit.</i>	<i>Szeg-del-tet.</i>
<i>Keres-gél.</i>	<i>Quaeritat.</i>	<i>Keres-gél-tet.</i>
<i>Dúdol-gál.</i>	<i>Modulatur.</i>	<i>Dúdol-gál-tat.</i>
<i>Jár-kál.</i>	<i>Ambulitat.</i>	<i>Jár-kál-tat.</i>
<i>Farag-tsál.</i>	<i>Sculptitat.</i>	<i>Farag-tsál-tat.</i>
<i>Tsal-og-at.</i>	<i>Deceptat.</i>	<i>Tsal-og-at-tat.</i>
<i>Ment-eg-et.</i>	<i>Defensat.</i>	<i>Ment-eg-et-tet.</i>
<i>Löv-öl-döz.</i>	<i>Iaculatur saepe.</i>	<i>Löv-öl-döz-tet.</i>
<i>Rúg-ol-doz.</i>	<i>Calcitrat saepe.</i>	<i>Rúg-ol-doz-tat.</i>
<i>Tsip-ked.</i>	<i>Vellicat.</i>	<i>Tsip-ked-tet.</i>
<i>Kap-kod.</i>	<i>Captat.</i>	<i>Kap-kod-tat.</i>
<i>Fut-kos.</i>	<i>Cursitat.</i>	<i>Fut-kos-tat.</i>
<i>Fetsk-end.</i>	<i>Prorumpit.</i>	<i>Fetsk-end-tet.</i>

	<i>Tsikl-and.</i>	<i>Titillat.</i>	<i>Tsikl-and-tat.</i>
160	<i>Vers-eng.</i>	<i>Disceptat.</i>	<i>Vers-eng-tet.</i>
	<i>Bús-ong.</i>	<i>Tristatur continuo.</i>	<i>Bús-ong-tat.</i>
	<i>Kér-degel.</i>	<i>Efflagitat.</i>	<i>Kér-degel-tet.</i>
	<i>Hány-dogl.</i>	<i>Iacticat.</i>	<i>Hány-dogal-tat.</i>
	<i>Ér-dekel.</i>	<i>Pertingit minuta iteratione.</i>	<i>Ér-dekel-tet.</i>
	<i>Fal-dokol.</i>	<i>Deglutit, ingurgitat.</i>	<i>Fal-dokol-tat.</i>

Ea nihilominus excipiuntur ab hac lege, quae ante postremum formativum asyllabum *t* aliquam habent consonam, ac propterea minore tantum formativo increscunt: *ébr-esz-t*, excitat, *ébr-esz-t-et*; *ak-asz-t*, suspendit, *ak-asz-t-at*; *jel-en-t*, significat *jel-en-t-et*; *patt-an-t*, explodit, *patt-an-t-at*; *ér-én-t*, attingit leviter, *ér-én-t-et*; *tap-én-t*, attrahit leviter, *tap-én-t-at*.

Practerea de iis etiam verbis complura, quae contractionem amant, et formativa vocalia acceptis novis affixis a vocali inchoantibus asyllaba faciunt, eandem servant legem et in factitivo hoc formativo sibi adsciscendo: praemissis quam maxime tribus istis formativis *or*, *el*, *oz*, et iisdem vocali absorpta iam asyllabis *r*, *l*, *z*; quorum concursus cum sona praecedente aptius exposcit | formativum minus a vocali inchoans. Sic de *gyöt-ör*, affigit, et *söp-ör*, verrit, scopet, fiunt factitiva: *gyöt-r-et*, *söp-r-et*. Non absimili modo et alia, *vezér-el*, *tékoz-ol*, *ének-el*, ducit, regit, dissipat, prodigit, cantat, olim certe contractione facta minus acceperunt formativum, *vezér-l-et*, *tékoz-l-at*, *ének-l-et*. Pariter et *kín-oz*, cruciat, habet factitivum *kín-z-at*.

Frequentia recurrent horum exempla apud antiquos, in verbis potissimum passivis, quae eodem utique formativo parantur, quo factitiva activa, et tantum inflexione differunt. Legitur apud Telegdium: *ha jól nem vezérletik, nem jó* (Part. III. pag. 699.); si bene non regatur, non est bonum. Etiam Codex M. S. Transl. Bibl. habet talia: *támaszt országot, melly örökké nem tékozlatik el* (Dan. II. 44.); suscitabit regnum, quod in aeternum non dissipabitur: *és ének édességgel énekletik* (Mich. II. 4.); et canticum cum suavitate.

Notat Pereszlényius in Grammatica Linguae Hungaricae, ubi de verbo mandativo agit (Part. III. Cap. III. §. 3. pag. 115.), quaedam verba ex natura sua huius esse significationis, licet non sint sic formata: ut *hevít*, ferrefacit; *hidegit*, frigefacit; *ékesít*, ornat; *rothaszt*, a *rothad*, putrefacit. Inest his verbum *facit*, in concreto formativo *it*, et in asyllabo *t*; ut etiam verbis aliis in formativo syllabico puro *et*, *at* ex. gr. *fzteret*, *amat*, *mutat*, ostendit: haec tamen non sunt eiusdem, ut | dicitur, significationis. Sunt ista 162 activa tantum, unius, et eiusdem subiecti actione in obiectum directe transeunte. Factitiva autem, pariter activa, duas indicant actiones: unam effectoris, sive auctoris, suasoris, impulsoris, remote agentis per alium in *et*, ac *tet*, *at*, et *tat* formativo; alteram vero illius, qui huic obsequitur, prope, ac directe agentis, in ipso verbo, de quo est factitivum formatum. Factitivorum nominativus, cum ipsis concordans, est ipse effector. Accusativos autem, quos habent expressos, dupli modo afficiunt, pro natura verborum, de quibus formantur. Si haec verba

activa sint, partes factitiae reddunt accusativos ut plurimum patientes, eorundem verborum vi in istos acta per alium proxime agentem; suntque tali constructione et ipsa haec verba notione iam passiva, Latine quidem sic reddenda, sive infinitivo, sive participio. Si vero neutra sint ea verba, tum partes factitiae accusativos ipsos, utique actores proximos, reddunt agentes, vel certe completes statum purum, illis verbis indicatum; quod praestant quandoque in verbis etiam activis, cum ea in statu puro sumuntur, ipsorum vi in nullum obiectum trans-eunte. Activis insuper praeter accusativos patientes, accedit saepe et agens proximus, effectoris utpote socius, ac propterea ex linguae nostrae indole exprimendus cum postpositione *vel*, id est *cum*, Latine tamen optius cum praepositione *per* in huius locum substituta. Eandem hanc explanationem meam Antiquitatum Literaturae Hungaricae Volumine I. iam semel datam, illustrabunt exempla illic adducta (§. 138.). *Könyvet olvastatok Péterrel*: Librum legi facio, legendum facio, cum Petro, id est per Petrum. *Terhet emeltetek a' szolgámmal*: Onus levari facio, levandum facio, cum servo meo, id est, per servum meum. *Lovaimat úszstatom*: Equos meos natare facio. *Bátyámat leültetem*: Fratrem meum, natu maiorem, 163 sedere faciam. *Majd megkiált-at-lak*: Iam | te clamare faciam. Quare, ut duplex adsit actio in illis etiam verbis activis; quae formativo fiunt sive concreto *it*, sive asyllabo *t*, sive syllabico puro *et*, *at*; habentque per hoc comprehensam in se significationem

verbi *facio*, sed simplicem: debet et ipsis adnecti factitivum hoc formativum pro eorum indole vel minus. vel maius.

Habent et Turcae crebra huiusmodi verba, nata formativo aequo proprio *dür*: quod usu separato videor mihi apud Arabes reperisse significatione satis apta, *impellere*, *impulsus*, pro *iubere*, *efficere*, quam hic excitat in usu affixo superstes. Meninskius in Institutionibus Linguae Turcicae (Tom. I. pag. 107.) de verbis hoc formativo auctis loquitur congruenter explicationi nostrae. Ab uno activo, aut neutro fiunt alia activa secunda, seu transitiva in secundum; ut a *sew-mek*, amare fit, *sew-dür-mek*, facere amare, id est, facere, ut quis amet. A reciproco *sew-iş-mek*, amare se invicem, fit transitivum, *sew-iş-tür-mek*, | facere, ut se mutuo ament. A reflexo 165 *sew-in-mek*, amare se ipsum, frequens est transitivum *sew-in-dür-mek*, facere, ut quis se ipsum amet.

Sed observo eandem hanc significationem in multis exemplis altero iam formativo exprimi, nobiscum Turcis communi, more proinde nostro: ut formativum *et*, *at*, etiam asyllabum *t*, in huiusmodi nexu valeat *facere*, *curare*, *iubere*. Videri potest horum explanatio loco suo sub iisdem formativis nostris.

Ad ampliandam eandem in verbis significationem adhibent Turcae et tertium fornativum singulare, verbum *wir-mek*, quod est *dare*, sumtum pro *iubere*.

A *bić-mek*, scindere, fit *bić-i-ür-mek*, scindi *iubere*, scindendum dare: a *piş-mek*, coqui, *piş-ür-mek*, coquendum dare, coquere: *emze-mek*, sugere, *emz-ür-mek*, sugendum dare, lactare. Videmus hic instrumenta nostra scissoria, origine Turcica, et nobis cum ipsis communia, *bits-ke*, *bits-ak*. Clarum est et congruens *főz*, *p* in *f* mutato, et *em-ik* antiquum, de qua erant olim et alia verba, *em-tet*, et *em-l-ik*, superstitibus hodie solis eorum parti-

cipiis, in composito *tsets-emō*, mammam sugens, vulgo infans, et in derivato *em-l-ō*, mamma.

- 166** Clare distinguit Ganander et Lapponum verba in *hiphil*, ipso hoc vocabulo Hebraico; eorumque naturam rite explicat: esse in his translationem actionis in aliud subiectum: esse significationem a neutris activam. Horum formativum habent et illi prorsus idem, commune nobiscum, sed minus usu quam frequentissimo, maius vero exemplis rarioribus. Talia sunt primum de activis: *njál-et-et*, facere, ut quis deglutiatur, de *njál-et*, deglutire, resecta infinitivi terminazione aperte nostrum *nyel*; *puod-ot-et*, occludendum curare, de *puod-et*, occludere, praeccludere; quod est, *p* in *f* mutato, ipsum *föd*, nostrum vicina significatione, tegit, obtegit; *pádn-et-et*, nendum curare, de *pádn-et*, nere; *p* in *f* mutato, et neglecto *d*, quod pronunciatur intensiore irrepsit, est et hoc ipsum *fon* nostrum, significatione eadem; *quod-et-et*, facere, ut relinquatur, relinquendum curare, de *quod-et*, relinquere, ipsum *hágý* nostrum reductione facta *kád*, *hád*, *hágý*; *tjajet-att-et*, facere, ut aliquis erret, seducendum curare, de *tjajet-et*, seducere; in quo *tjaj* est nostrum *tsal*, nobis iam verbum, sed illis nomen esse videtur, seductio, cum de hoc sit verbum formatum *tjaj-et*, seductionem facit, seducit; *passat-att-et*, facere, ut lavetur, lavandum curare, de *passat-et*, lavare; in hoc quoque *pass*, *p* in *m* mutato, est nostrum *mos*, nobis iam verbum, sed illis nomen potius, de quo est **167** formatum | *pass-at*, lotionem facit, lavat. Sequuntur exempla alia de neutris: *alg-et-et*, facere, ut quidpiam incipiat, de *alg-et*, incipit; in quo *alg*, purius prolatum, est nostrum *el* antiquum, de quo superest participium *el-ō*, primus, et principium; *mann-et-et*, facere, ut quis proficiatur, de *mann-et*, profici; est hoc clare nostrum, *mén*, *men-ek*, de quo et nos dicimus *men-et-em*, ire facio; *puoktj-et-et*, facere, ut quis se aquis mergat, de

*puoktj-et*, in aquam se mergere ; quod est nostrum puriore pronunciatu *buk-ik* ; *puoldn-et-et*, marcescere facere, de *puoldn-et*, marcescere ; quod reductione facta, est ipsum semen primum *fonny*, de quo habemus verbum *fonny-ad*, eadem significatione marcescit. Erant haec exempla cum formativo minore, damus aliqua etiam cum maiore : *åskal-tatt-et*, luxari facere, luxare, de *åskal-et*, luxari : deinde *heik-el-datt-et*, attonitum reddere, de *heik-el-et*, obstupescere, attonitum fieri ; in quo *heik* est radix prima communis et nobis, *hökk*, de qua verbum habemus *hökk-en*.

Transimus ad Fennos, qui pariter habent verba in *hiphil*, et formativo quidem communi deducta, eoque minore tantum. Vhaëlius, cum haec breviter | indicat, ait 169 in ipsis fieri actum efficientiae. Proferuntur et horum exempla nonnulla primum de activis : *cuul-ut-an*, audiri facio, a *cuul-en*, audio, reductione recta nostrum *hall-om*, *hall-at-om* : *ju-ot-an*, bibere facio, inebratio, a *ju-on*, bibo, more antiquissimo cum halitu adhuc obscuro, *iv-om*, *iva-t-om* ; *te-et-ån*, fieri facio, a *te-en*, facio, clare et hoc nostrum, data radice purissima ; *nåjl-et-ån*, devorare facio, a *njål-en*, devoro, et hoc aperte nostrum, nisi quod nobis, sicut Lapponibus, vicina est significatione, *nyel-em*, *nyel-et-em*, deglutio, deglutire facio. Neutrorum exempla, iam alibi data, et hic repetimus : *cuol-et-an*, neco, proprie mori facio, a *cuol-en*, morior : *el-åt-ån*, sustento, alo, genuine vivere facio, ab *el-ån*, vivo ; *men-et-en*, mitto, ire facio, a *men-en*, eo ; *maca-ut-an*, cubare facio, *maca-an*, cubo.

Lingua Esthonica, Lapponicae et Fennicae maxime affinis, et formativo *et*, *it*, etiam asyllabo *t*, aequa amica, gaudet utique et ista verborum specie factitiva, de activis quoque formata, licet Hupelius indicet verba huiusmodi tantum de neutris deducta. Horum exempla, iam alibi prolata, de radicibus communibus, et hic memora-

mus : *ell-et-ama*, vivere facere, ab *ell-ama*, vivere ; *imm-*  
**169** *et-ama*, sugere facere, lactare, *imm-ema*, | sugere ; *waiw-*  
*ot-ama*, languere facere, a *waib-oma*, languere. Quaedam  
 nova addimus, cum nostris non convenientia : *ist-ut-ama*,  
 sitzen machen, sedere facere, ab *ist-uma*, sitzen, sedere ;  
*kuiw-at-ama*, trocken machen, trocknen, siccari facere,  
 siccare, a *kuiw-ama*, trocknen, siccari ; *sull-at-ama*, schmel-  
 zen machen, liquefcere facere, liquefacere, a *sull-ama*,  
 schmelzen, liquefcere.

#### B. VERBA FACTITIVA PASSIVA.

Verba factitiva, praesertim de activis formata, fiunt eadem et passiva, formativo prorsus eodem contenta, maiore vel minore, pro verborum natura, nullo alio augmento accepto : nisi quod inflexione differant, formam secuta indeterminatam secundam radice aucta ; cum altera factitiva duas reliquas formas sequantur, indeterminatam primam radice nuda et determinatam. Sed veterum usu alia etiam factitiva, formata de verbis neutris, ed quamcunque speciem relatis, sola inflexione passiva pariter passiva sunt facta.

Verba nimirum factitiva activa, de quacunque verborum specie formata, et activorum inflexionem secuta, formativum factitivum habent notione activa, *facit*, *efficit*, *iubet*, *mandat*, *curat*; et verba factitiva passiva, de verborum specie quacunque per inflexionem propriam, vulgo passivam, idem formativum | **170** factitivum reddunt notione iam passiva, *fit*, *efficitur*, *iubetur*, *mandatur*, *curatur*; et hoc modo vis, qualis in passivis requiritur, et qualis vulgo intelligitur in

Latinis praesertim, externa nimirum, in subiectum patiens aliunde adveniens, quam aptissime indicatur.

Hanc factitivorum differentiam, ut eadem iam activa sint, iam passiva, a diversa tantum inflexione, ad tollendos errores hodiernos clare exposui loco suo in eorundem parallelismo, datis paradigmatis cum formativo maiore et minore (Vol. II. pag. 594. et seqq.). Iuvat vero eandem doctrinam magis illustrare, nonnullis factitivorum exemplis et hic adductis: quæ sint de verbis, non tantum acti- vis, sed etiam neutris formata.

### FACTITIVA

Activa.		Passiva.
Indeterminata.	Determinata.	
<i>Terhel-tet.</i>	<i>Terhel-tet-i.</i>	<i>Terhel-tet-ik.</i>
<i>Terhel-tet-fz.</i>	<i>Terhel-tet-ed.</i>	<i>Terhel-tet-el.</i>
<i>Terhel-tet-ek.</i>	<i>Terhel-tet-em.</i>	<i>Terhel-tet-em.</i>
Onerari-facit indefinitum.	Onerari-facit demonstratum.	Onerandus efficitur.
<i>Kinoz-tat.</i>	<i>Kinoz-tat-ja.</i>	<i>Kinoz-tat-ik.</i>
<i>Kinoz-tat-fz.</i>	<i>Kinoz-tat-od.</i>	<i>Kinoz-tat-ol.</i>
<i>Kinoz-tat-ok.</i>	<i>Kinoz-tat-om.</i>	<i>Kinoz-tat-om.</i>
Cruciari-facit indefinitum.	Cruciari-facit demonstratum.	Cruciandus efficitur.
<i>Szöv-et.</i>	<i>Szöv-e-ti.</i>	<i>Szöv-et-ik.</i>
<i>Szöv-et-fz.</i>	<i>Szöv-et-ed.</i>	<i>Szöv-et-el.</i>
<i>Szöv-et-ek.</i>	<i>Szöv-et-em.</i>	<i>Szöv-et-em.</i>
Texi-facit indefinitum.	Texi-facit demonstratum.	Texendus efficitur.
<i>Hiv-at.</i>	<i>Hivat-ja.</i>	<i>Hiv-at-ik.</i>
<i>Hiv-at-fz.</i>	<i>Hiv-at-od.</i>	<i>Hiv-at-ol.</i>
<i>Hiv-at-ok.</i>	<i>Hiv-at-om.</i>	<i>Hiv-at-om.</i>

Vocari-facit	Vocari-facit	Vocandus
indefinitum.	demonstratum.	efficitur.
<i>Tseleked-tet.</i>	<i>Tseleked-tet-i.</i>	<i>Tseleked-tet-ik.</i>
<i>Tseleked-tet-fz.</i>	<i>Tseleked-tet-ed.</i>	<i>Tseleked-tet-el.</i>
<i>Tseleked-tet-ek.</i>	<i>Tseleked-tet-em.</i>	<i>Tseleked-tet-em.</i>
Agi-facit	Agi-facit	Agendus
indefinitum.	demonstratum.	efficitur.
<i>Fek-et.</i>	<i>Fek-et-i.</i>	<i>Fek-et-ik.</i>
<i>Fek-et-fz.</i>	<i>Fek-et-ed.</i>	<i>Fek-et-el.</i>
<i>Fek-et-ek.</i>	<i>Fek-et-em.</i>	<i>Fek-et-em.</i>
Jacere-facit	Jacere-facit	Jacens
indefinitum.	demonstratum.	efficitur.
<i>Al-at.</i>	<i>Al-at-ja.</i>	<i>Al-at-ik.</i>
<i>Al-at-fz.</i>	<i>Al-at-od.</i>	<i>Al-at-ol.</i>
<i>Al-at-ok.</i>	<i>Al-at-om.</i>	<i>Al-at-om.</i>
Dormire-facit	Dormire-facit	Dormiens
indefinitum.	demonstratum.	efficitur.
<i>Éhez-tet.</i>	<i>Éhez-tet-i.</i>	<i>Éhez-tet-ik.</i>
<i>Éhez-tet-fz.</i>	<i>Éhez-tet-ed.</i>	<i>Éhez-tet-el.</i>
<i>Éhez-te-tek.</i>	<i>Éhez-tet-em.</i>	<i>Éhez-tet-em.</i>
Famere-facit	Famere-facit	Famens
indefinitum.	demonstratum.	efficitur.
<b>172</b> <i>Lakoz-tat.</i>	<i>Lakoz-tat-ja.</i>	<i>Lakoz-tat-ik.</i>
	<i>Lakoz-tat-od.</i>	<i>Lakoz-tat-ol.</i>
	<i>Lakoz-tat-om.</i>	<i>Lakoz-tat-om.</i>
	<i>Epulari-facit vel</i>	<i>Epulans vel</i>
Habitare-facit	Habitare-facit	Habitandus
indefinitum.	demonstratum.	efficitur.
<i>Lengedez-tet.</i>	<i>Lengedez-tet-i.</i>	<i>Lengedez-tet-ik.</i>
<i>Lengedez-tet-fz.</i>	<i>Lengedez-tet-ed.</i>	<i>Lengedez-tet-el.</i>
<i>Lengedez-tet-ek.</i>	<i>Lengedez-tet-em.</i>	<i>Lengedez-tet-em.</i>
Fluitare-facit	Fluitare-facit	Fluitans
indefinitum.	demonstratum.	efficitur.
<i>Ingadoz-tat.</i>	<i>Ingadoz-tat-ja.</i>	<i>Ingadoz-tat-ik.</i>
<i>Ingadoz-tat-fz.</i>	<i>Ingadoz-tat-od.</i>	<i>Ingadoz-tat-ol.</i>

<i>Ingadoz-tat-ok.</i>	<i>Ingadoz-tat-om.</i>	<i>Ingadoz-tat-om.</i>
Motitari facit indefinitum.	Motitari-facit demostratum.	Motitandus efficitur.
<i>Rémüll-tet.</i>	<i>Rémüll-tet-i.</i>	<i>Rémüll-tet-ik.</i>
<i>Rémüll-tet-jz.</i>	<i>Rémüll-tet-ed.</i>	<i>Rémüll-tet-el.</i>
<i>Rémüll-tet-ek.</i>	<i>Rémüll-tet-em.</i>	<i>Rémüll-tet-em.</i>
Pavescere-facit indefinitum.	Pavescere-facit demonstratum.	Pavescens efficitur.
<i>Tsonkül-tat.</i>	<i>Tsonkül-tat-ja.</i>	<i>Tsonkül-tat-ik.</i>
<i>Tsonkül-tat-jz.</i>	<i>Tsonkül-tat-od.</i>	<i>Tsonkül-tat-ol.</i>
<i>Tsonkül-tat-ok.</i>	<i>Tsonkül-tat-om.</i>	<i>Tsonkül-tat-om.</i>
Mutilari-facit indefinitum.	Mutilari-facit demonstratum.	Mutilandus efficitur.
<i>Gyötröd-tet.</i>	<i>Gyötröd-tet-i.</i>	<i>Gyötröd-tet-ik.</i>
<i>Gyötröd-tet-jz.</i>	<i>Gyötröd-tet-ed.</i>	<i>Gyötröd-tet-el.</i>
<i>Gyötröd-tet-ek.</i>	<i>Gyötröd-tet-em.</i>	<i>Gyötröd-tet-em.</i>
Per se, intra se torqueri-facit indefinitum.	Per se, intra se torqueri-facit determinatum.	Per se, intra se torquendus efficitur.
<i>Kinlód-tat.</i>	<i>Kinlód-tat-ja.</i>	<i>Kinlód-tatik.</i>
<i>Kinlód-tat-jz.</i>	<i>Kinlód-tat-od.</i>	<i>Kinlód-tat-ol.</i>
<i>Kinlód-tat-ok.</i>	<i>Kinlód-tat-om.</i>	<i>Kinlód-tat-om.</i>
Per se, intra se cruciari-facit indefinitum.	Per se, intra se cruciari-facit demonstratum.	Per se, intra se cruciandus efficitur.
<i>Gyülekez-tet.</i>	<i>Gyülekez-tet-i.</i>	<i>Gyülekez-tet-ik.</i>
<i>Gyülekez-tet-jz.</i>	<i>Gyülekez-tet-ed.</i>	<i>Gyülekez-tet-el.</i>
<i>Gyülekez-tet-ek.</i>	<i>Gyülekez-tet-em.</i>	<i>Gyülekez-tet-em.</i>
Per se congregari-facit indefinitum.	Per se congregari-facit demonstratum.	Per se congregandus efficitur.
<i>Tsalatkoz-tat.</i>	<i>Tsalatkoz-tat-ja.</i>	<i>Tsalatkoz-tat-ik.</i>
<i>Tsalatkoz-tat-jz.</i>	<i>Tsalatkoz-tat-od.</i>	<i>Tsalatkoz-tat-ol.</i>
<i>Tsalatkoz-tat-ok.</i>	<i>Tsalatkoz-tat-om.</i>	<i>Tsalatkoz-tat-om.</i>
Per se	Per se	Per se

decipi-facit	decipi-facit	decipiendus
indefinitum.	demonstratum.	efficitur.
<i>Gyönyörköd-tet.</i>	<i>Gyönyörköd-tet-i.</i>	<i>Gyönyörköd-tet-ik.</i>
<i>Gyönyörköd-tet-jz.</i>	<i>Gyönyörköd-tet-ed.</i>	<i>Gyönyörköd-tet-el.</i>
<i>Gyönyörköd-tet-ek.</i>	<i>Gyönyörköd-tet-em.</i>	<i>Gyönyörköd-tet-em.</i>
174 Se oblectare-facit	Se oblectare-facit	Se oblectans
indefinitum.	demonstratum.	efficitur.

Usum hunc factitiorum notione passiva, facta etiam de neutris formatione, olim valde viguisse probant veterum exempla frequentissima. De his aliqua proferuntur, verborum speciebus, quantum admittitur, separatis. His tamen praemittitur de activo *tselekedik* huiusmodi factitivum passivum hodie usu rarius, dupli testimonio commendatum. Primum est Telegdii : *valami ö benne tselekedetik, a' mind a' végre való* (Part. II. pag. 455.) ; quidquid in ipso agitur, agendum efficitur, id omne ad finem pertinet. Alterum Lépesii : *iszonyúságokat látunk az Antikrisztus Előljárótól tselekedtetni* (De Inf. pag. 106.) horrida videbimus ab Antichristi Praecursoribus agi, agenda effici. Iam alia sequuntur. De neutris simplicibus, et auctis aliqua intensione. Singulare est exemplum in Speculo Poenitentiae : *a' Boldogságos szüz Mária Urunk jobb keze felül ülteték* (U. 2.) ; Beata Virgo Maria ad Domini nostri dexteram sedere facta est. Deinde apud Lépesium : *mint a füst a' széltől eloszláthatik* (De Infer. pag. 308.) ; sicut fumus a vento dissipatur, dissipandus efficitur.

Porro in Codice MS. Transl. Bibl. *elhimletnek a' juhok* (Zach. XIII. 7.) ; dispergentur oves, dispergenda efficientur ; *te látásodban megfesletének én izim* (Dan. 175 X. 16.) ; in visione tua dissolutae | sunt compages meae, dissolutae factae sunt. Iterum apud Lépesium : *mind a' két felég egyenlőképen megvilágosodtatik* (De Inf. pag. 92.) ; utrumque coelum superum aequali modo collucescat, collucessens efficietur. Post haec in memorato Codice MS. Transl. Bibl. : *Judéa lakoztatik mind örökké* (Joel. III. 20.) ;

Judaea in aeternum habitabitur, habitanda efficietur. Demum apud Maros-Vásárhelyium : *Heródes fia drága bőltöben rengettetik, ingadoztatik* (pag. 72.) ; Herodio filius in pretiosis cunis agitatur, motitetur ; agitandus, motitandus efficitur.

De mutativis neutrīs aeque crebra sunt apud veteres exempla. In Codice MS. Transl. Bibl. : *hamis irgal-massággal rémültetének meg* (II. Machab. VI. 21.) ; iniqua miseratione commoti sunt, commoti facti sunt. Qua formatione sic usus est multo serius etiam Tinodius : *az király szép hada azzal megrémülteték*; regis pulcher exercitus eo consternatus est, eo consternari factus est. Rursus in Codice MS. Transl. Bibl. : *békeség sokasúltassék tü nektek* (Dan. III. 98.) ; pax vobis multiplicetur, multiplicanda efficiatur ; *megfejérültetnek*, és *sokak megbizonyultatnak monnal tüz* (Ibid. XII. 10.) ; dealbabuntur, ut quasi ignis probabuntur multi, dealbandi et probandi efficientur ; úgyan *leszen a' kevél y ferfiú*, és *nem ékesültek meg* (Habac. II. 5.) ; sic erit vir superbus, et non decorabitur, decorandus non efficietur. Porro apud Komjathium : | *egyebek penig megvakúltattanak* (Ad. Rom. XI. 7.); 176 ceteri vero ex-coecati sunt, ex-coecati facti sunt ; hogy *igazúltassál az te beszédidben* (Ibid. III. 4.) ; ut iustificeris in sermonibus tuis, iustificandus efficiaris. Eodem verbo sic usus est et Pestius : *mert tennen mondásodból igazúltat tol* (Math. XII. 37.) ; ex verbis enim tuis iustificaberis, iustificandus efficieris. Deinde apud Gallum Anaxium : *akképen ditsőültetünk meg a Krisztussal* (f. iiiij.) ; eodem modo glorificabimur cum Christo, glorificandi efficiemur. Postremo apud Draskovitsium : *éktelen dolog, hogy megtsonkültassanak* (L.) ; immanis est res, ut mutilentur, mutilandi efficiantur.

De reflexis primum neutro passivis duplex promittur exemplum, utrumque ex Lépesio : *minek előtte vég nélkül kinlódtassam* (De Infer. pag. 336.) ; antequam sine

## ETYMOLOGIA P. II. SECT. I.

fine cruciar, memet intra me crucians efficiar: *ingyen ne lássa is ez világot, hogy sem örökké pokolban gyötörőd-* tessék (Ibid. pag. 361.) : ne videat quidem hanc lucem, quam ut in inferno aeternum affligatur, semet intra se affligens efficiatur. De reflexis porro neutro activis aequae duo proferuntur exempla ex Komjáthio: *az apostoloknak, és vénöknek zsíratjok gyülekezeteték* (B. iij.); apostolorum et senum synodus congregata est, congregatio effecta est; *hamis apostoloknak álnokságok miatt megsalatkoztat-* 177 *tanak* (C. i.); per astum falsorum apostolorum | decepti sunt, semet decipientes effecti sunt. Additur his postremo exemplum ex Alberto Molnáro: *a' legföbb jó fel nem tudkoztathatók, meg nem találtathatók* (De Summo Bono pag. 41.); sumnum bonum non potest investigari, nec reperi, non potest per se investiganda effici.

Hanc passivorum formationem, cum factitivis activis communem, iam satis pridem vitiant et Grammatici, et Scriptores nonnulli; hodie vero quidam etiam impugnant, et suppressandam suadent. Noxio isti errori opposui me, quantum potui. Antiquitatum Literaturae Hungaricae Volumine I. (§. 136. et seqq.): sed hic de industria resumo idem argumentum, et prolixius, et solidius tractandum. Primum itaque promo errores, et rationes, quibus errores isti defenduntur, et propagantur: adiungo postea horum omnium refutationes, ad constabiliendam saniorem de passivis doctrinam.

### 1. ERRORES HODIERNI IN PASSIVORVM FORMATIONE.

Duplex est error, ut paulo ante indicavi, rectae passivorum formationi contrarius, ad maiorem claritatem separatim exponendus: alter, quo ea vitiatur;

## DE VERBORVM DERIVATIONE.

alter, quo impugnatur, et prorsus tollenda suadetur,  
alia in eius locum obtrusa, plane non apta.

### A. FORMATIONIS PASSIVAE VITIA.

Grammaticorum et Scriptorum error primus, 178  
quo passivorum formationem vitiant, is est: quod,  
ad verba passiva a factitivis activis distinguenda, pu-  
tent in ipsis formativum geminandum esse. De ver-  
bis activis, *emel*, levat, *olvas*, legit, *kér*, petit, *rak*,  
struit, ponit, si factitiva formentur lege data, *emel-*  
*tet*, *olvas-tat*, *kér-et*, *rak-at*; passiva volunt fieri for-  
mativo repetito, eoque maiore, *emel-tet-tet-ik*, *olvas-*  
*tat-tat-ik*, *kér-et-tet-ik*, *rak-at-tat-ik*.

Hunc errorem sic docuit Meliboeus, et regulis ex-  
presse datis, et paradigmatis per datas regulas inflexis :  
primo quidem exacte, *szeret-tet-tet-em*; secundo autem de-  
terioris formativo, nescio, qua incogitantia, ter posito, *olvas-*  
*tat-ta-tat-om*. Eius Grammaticae anno 1729. in lucem prolata  
editionibus, quas ego vidi, repetitis anno 1731. et 1754.  
error hic nimium propagatus est. In editione demum anni  
1774. accessit emendatio, et auctio, in paradigmatis, ex  
Grammatica, ut clare patet, Adámiana, sed non pariter in  
regulis. Editor, ne Auctorem Mathiam Bélium, magni no-  
minis Virum, vel post fata de errore argueret, maluit  
linguae nostrae effingere usum antiquum, ab ipso exacte  
servatum; sed qui hodierno studio euphonico mutatus  
sit invalescente prioris rectae formationis contractione.  
Multis alte haeret combibita falsa haec opinio: et in ex-  
plicandis formis, praeteritorum | cumprimis participio- 179  
rum, ista auditur observatio, effecta, et nimia credulitate  
arrepta, non linguae antiquae studio comparata.

Quidam advertunt passivorum formationem de  
verbis polysyllabis ingratam fieri formativi repeti-

tionē: hoc ergo vitium in istis quidem sedulo vitant. Sed in formatione de verbis monosyllabis non eandem adhibent curam; alii in his repetunt perpetuo formativum; alii usum promiscuum sequuntur, formativo per omnia tempora et simpliciter sumto, et repetito; alii in modo tantum indicativo adhaerent formativo simplici, in modis autem reliquis, praesertim in imperativo, id iam geminatum usurpant.

Albertus Molnárus, vitio satis antiquo, iam sic dedit paradigmata sua monosyllaba; ut usum utrumque probaret, simplicis, et geminati formativi: *lát-tat-ik*, vel *lát-tat-tat-ik*; *kér-et-ik*, vel *kér-et-tet-ik*. Magna Grammatica Debretzinensis, tolerata hoc passivorum formatione, cum sit iam usu firmata, cui tamen aliam praeferat, et acceptandam suadet, in paradigmate primo vocalium crassarum simplex usurpat formativum, in modo indicativo, *zár-at-ik*, *zár-at-ék*, *zár-at-ott*; in reliquis vero modis id iam geminat, *zár-at-tas-sék*, *zár-at-tat-nék*, *zár-at-tat-and-ik*; sed in altero paradigmate voca-  
180 lium | tenuium rectum secuta usum, ubique simplex retinet formativum, *vet-tet-ik*, *vet-tet-ék*, *vet-tet-ett*, *vet-tes-sék*, *vet-tet-nék*, *vet-tet-end-ik*. In paradigmate primo adiicitur nota ad imperativum: hunc recta formatione, reipsa, secundum veritatem (*igazság szerént*) ita debere esse, *zár-as-s-ál*, *zár-as-s-ék*, *zár-as-s-unk*, *zár-as-s-atok*, *zár-as-s-anak*; verum, ut a factitivo differat, invaluisse iam formativi geminationem, et hic, et verbis aliis.

B. FORMATIONIS PASSIVAE IMPVGNATIO,  
DETERIORE OBTRVSA.

Secundus error, priore gravior, Debretzinensium argutiola recentissime inductus, et celerrime propagatus, impugnat, et sensim minuendam suadet passivorum formationem, more factitiorum iam dum constabilitam: et in huius locum aliam obtrudit, isto quidem usu nunquam antea adhibitam, per öd, ód, formativum verborum reflexorum, ut ego distinguo, neutro passivorum; istas proinde formas venditat genuine passivas, ut iisdem utar exemplis, quae semel iam assumsi, *emel-öd-ik*, *olvas-öd-ik*, *kér-öd-ik*, *rak-öd-ik* (Magy. Grammatica, §. LXXXVII. pag. 110. et seqq.).

Praecipua argutationis momenta, quae novatores contra usum priorem adducunt, ista sunt hic strictim data.

1. Factitiorum activorum, et passivorum, cum idem sit formativum: licet inflexione differant passiva | ab activis, in personis nonnullis congruunt 181 tamen in multis, et per hoc confusionem creant, ambiguamque reddunt sententiam.

2. Imo certum est a vulgo communi hanc formam passivam, et audiendo, et legendo, perperam intelligi eamque pro factitiva sumi.

3. In ipso etiam sermone quotidiano, vel docti viri raro utuntur hac forma passiva, vulgus autem multo rarius.

a) Apud hunc constructiones activae sunt in usu pro passivis: ex. gr. *azt mondják*, hoc dicunt;

*azt mondották*, hoc dixerunt; *meggyőzték*, vicerunt eum; pro his, ut Latini amant proferre, dicitur, dictum est, *victus* est.

*b)* Aut si passiva lubet adhibere, haec ipsis verborum forma pronius venit ab ore: *megverődött*, verberatus est; *eltserélődött*, commutatus est; *kivetődött*, electus est.

*c)* Participia insuper praeteriti primi omnino activa usurpant pro passivis, adiecto ipsis verbo substantivo: *már fogva vagyon*, iam captus est; *nints megköszörülve*, non est acrefactum; *meg vagyon írva*, scriptum est; *meg volt mondva*, dictum fuit.

4. Consultatio est, quae postea sequitur, et quaedam decisio. Quaeritur, utrum formativum sit aptius ad excitandam notionem passivam: illudne primum, *et*, *at*, *et tet*, *tat*; an hoc alterum, *őd*, *ód*. In hoc solvendo necessum est nos perpendere: quid | 182 forma passiva, et quid formativo utroque significetur. Forma passiva significamus alium quempiam aliquid agere in nobis, circa nos, vel respectu ad nos. Atqui formativum *et*, *at*, *et tet*, *tat*, prorsus tale est, ut actionem extra nos alteri cuiquam tribuat. Aliud vero formativum *őd*, *ód*, pro neutrorum indole, statum, vel actionem ab ipso subiecto, vel in ipso, perfici indicat. Ex quo hoc ultro videtur consequi: formativum *et*, *at*, *et tet*, *tat*, aptius adhiberi posse ad excitandam notionem passivam, quam *őd*, *ód*, formativum alterum. Sed ista destruuntur statim adiectis observationibus.

*a)* Si stricte loquamur, aequa aliud quidpiam,

vel alias quispiam adfert illum statum, vel actionem in nobis perficiendam, quam *ōd*, *ód*, formativis exprimimus: ex. gr. *bajlōdom*, conflictor, *tūnōdōm*, angor, his formis expressa conflictatio, angustia, perficitur quidem in nobis; sed illam alias quispiam, vel aliud quidpiam solet adferre.

*b)* Porro formativum *et*, *at*, et *tet*, *tat*, actionem transfert ad illum, in quo, vel cuius respectu ea fit; verum ad illum, per quem ea perficitur. Iam vero, cum passivis utimur, non adeo ea est nostra cura: ut caussam, vel personam effectricem, proximam, vel remotam exprimamus; sed illius dumtaxat statum attendimus, in quo vel cuius respectu actio aliqua perficitur.

*c)* Praeterea nemo infitias iverit, affixum *ik* 183 esse formae passivae terminationem: sed haec terminatio, non verbis factitivis, verum *ōd*, *ód*, formativo auctis est propria.

Omitto alia minuta certe, et per se casura. Sed conclusionem satis indulgentem, verum una acrem etiam, praeterire non possum. Haec non eo fine sunt adducta: ut in passivis formativum *et*, *at* et *tet*, *tat*, penitus sufferamus. Serum est hoc consilium: cum libros omnes eo plenos habeamus, eique nimium iam assueverimus. Imo peccaremus saepe, si eo non uteremur. Sed, ne in sermone, et scriptis nostris occasionem demus ambiguitati, hoc nos vitare oportet: ac propterea iam illa, iam ista uteatur formatione. Sicui passiva altera, *ōd*, *ód* formativo facta, absona esse videntur: fit hoc ex eo, quod aures ha-

beat isti formae non assuefactas; cum non habita-  
verit in tali regione, vel talium consortio non fuerit  
usus, ubi, et a quibus haec terminatio constanter  
adhibetur. Quia velipse natus Hungarus vita sua plus  
loquitur Latine, vel Germanice: non mirum est, si nec  
advertisat saepe, se linguam patriam ad peregrinas  
accommodare. Grammaticae Debretzinensi consentit  
etiam Gyarmathius, imo et longius progreditur, in  
sua Grammatica Hungarica (*Okoskodva Tanító Magyar  
Nyelvmester* Tom. I. pag. 159.). Infert enim ex vulgi  
usu, activis amiciore, passiva, factitivorum more for-  
mata, introducta esse ab hominibus nostris Latine  
**184** doctis, | literatis, ut vulgo dicuntur: qui nequeunt  
animo concipere, linguam Hungaricam passivis aeter-  
num carere posse. Optat ergo et hoc vitio peregrino,  
ut multis aliis, linguam nostram pedetentim perpur-  
gari. Sic fere locutus est iam antea,\* addita etiam  
expressione acerbiore, in Affinitate Linguae Hunga-  
rica cum Linguis Fennicae originis (pag. 23.).  
«Passivum verbum, ait ille, tam apud Lappones, quam  
apud Hungaros, multo elegantius per tertiam (per-  
sonam) pluralem (verborum activorum) exprimi  
potest, et solet, secundum vulgi consuetudinem;  
quam per transitiva, aut sic dicta mandativa, *veretem*,  
*veretel*, *veretik*, secundum literatorum ineptam usur-  
pationem. Hoc enim dubiae significationis verbum est:  
primo enim significat *veretik* verberatur; secundo

---

\* Errat auctor; Grammatica enim Gyarmathiana a.  
1794, liber eius de Affinitate a 1799. in lucem prodiit.

illi curant illum verberari, ex. gr. *Jánost a' Birák veretik*, Joannem Judices verberari curant.»

Quidam ad verba reflexa neutro passiva, pro puris passivis obtrusa, aliquanto penitus attendunt: et cum ea directe pro his acceptare non possint, abhorreant praeterea a factitivis etiam passive usurpandis: argutatione subtili abeunt in deteriora, iunguntque vim externam, et internam, dupli formatione, monstrosa, nunquam antea audita, *emel-tet-őd-ik*, *olvas-tat-őd-ik*, *kér-et-őd-ik*, *rak-at-őd-ik*, *ver-et-őd-ik*, *fojt-at-őd-ik*.

Nonnulli demum ad supplenda passiva, aptiora 185 putant verba, ut nos distinguimus, mutativa neutra, *ül*, *úl* formativo nota: ex. gr. *szépül*, *tágúl*, *süketül*, *igazúl*. Perperam et hoc, nimioque imperite.

## 2. REFVTATIO ERRORVM.

Iam sequitur eorum, quae sunt hactenus exposita, refutatio accuratior. In qua mihi hunc proposui ordinem servandum: ut ante omnia passivae formationis, more factitivorum constabilitae, rectam rationem probem; ostendam postea impugnationum momenta futilia; et obtrusa demum passiva demonstrem inepta et absurdar, revera ad corrumpendam linguam exquisita.

### A. PASSIVAE FORMATIONIS, MORE FACTITIVORVM CONSTABILITAE RECTA RATIO.

In probanda recta ratione formationis passivae, more factitivorum constabilitae, oportebit me aliquanto prolixiores esse. Hic enim occupabor pri-

mum in explicanda huius formationis natura ex ipso formativo conveniente: distinebor postea memorando usu perpetuo linguae nostrae, emendatis per occasionem vitiis in formationem illatis, et transitione facta ad usum affinium quoque linguarum.

#### 1. FORMATIONIS NATURA EX IPSO FORMATIVO CONVENIENTE.

186 Exposui loco suo, quam clarissime potui, factitivorum activorum naturam intimam: quam lingua ipsa in hac formatione, ex componentibus partibus penitus pervestigatis, ultro sistit.

In factitivo verbo activo persona cum eo concordans, seu nominativus ipsius, tantum verbi formativi *et*, ac *tet*, *at* et *tat* vim exerit, facit nempe, vel efficit, iubet, mandat, curat. Ipsius autem accusativus, seu obiectum, in quod idem vi sua directe transit, verbi cum eo iuncti significationem, seu vim, agit, et complet in neutro, ut alter effector: eadem vero patitur in activo, alio aliquo proprius et eum agente; qua constructione et ipsum hoc activum subiecto paciente iam passivam accipit notionem: nisi hoc activum, quod solet quandoque accidere, in statu sumatur puro, et fere neutrum valeat, huius proinde more combinetur. Activa ergo verba iam passiva sunt significatione vel in ipsis factitivis activis: *könyvet olvas-tat-ok a' tanítványommal*, librum legi-facio, legendum facio, per discipulum meum; *terhet emel-tet-ek a' szolgámmal*, onus levari facio, vel levandum-facio, per servum meum.

Factitiva verbi parte una iam passiva verbo 187 nimirum activo, de quo id formatum est, passiva fit et altera eius pars, ipsum factitivi formativum, proprie et hoc verbum, *et*, ac *tet*, *at* et *tat*: si hoc passivam accipiat inflexionem, ipsa nempe affixa pronomina personalia, passivae formae propria, quot quidem adsunt distincta; reliqua autem, communis valore sumta, ex sensu pariter passivum indicatura. Sic *et* ac *tet*, *at* et *tat*, activae significationis verbum, facit, efficit, iubet, mandat, curat, accepta inflexione passiva, *et-ik*, ac *tet-ik*, *at-ik* et *tat-ik*, iam passivum est, fit, efficitur, iubetur, mandatur, curatur. Factitivi parte utraque iam passiva et ipsum factitivum est totum passivum: *a' könyv olvas-tat-ik*, *a' tereh emel-tet-ik*, ut vulgo reddi solet, liber legitur, onus levatur, genuino tamen valore, factitivi parte utraque expressa, liber legi efficitur, vel legendus-efficitur, onus levari efficitur, vel levandum-efficitur. Verbi factitivi persona, sive nominativus, ipsum nempe subiectum patiens, hic iam verbi partem utramque ad se trahit, ut suum praedicatum sibi conveniens parte utraque | passivum: vi externa, 188 eam passionem efficiente, ad aliam personam extra verbum relata; expressione, si necessaria est, ad sensum accommoda.

Sunt et alia quaedam verba activa in lingua nostra: quae eadem ipsa, assumtis personarum dumtaxat formativis, passivae formae propriis, iam passiva redduntur. Certe *tör* active idem est, ac *frangit*; sed *tör-ik*, iam passive sumitur ab omni vulgo,

*frangitur.* Sic etiam *hall* est *audit*; *hall-ik* vero *auditur*. Pariter et *szeg* activum valet, *scindit*, *frangit*, *rumpit*; verum *szeg-ik* iam passivum est, *scinditur*, *frangitur*, *rumpitur*. Legitur in Codice MS. Transl. Bibl. huius exemplum singulare: *megszegék a' nagy szaru* (Dan. VIII. 8.); fractum est cornu magnum. Etiam *old* verbum activum, *solvit*, hoc tantum modo inflexum *old-ik*, Telegdio est passivum, *solvitur*; *megoldék nyelvének kötele*, és *jól szóll vala* (Part. III. pag. 12.); solutum est ligamen linguae eius et bene loquebatur. Quid ergo dubitamus eadem hac ratione etiam *et-ik*, ac *tet-ik*, de activo *et*, ac *tet*, passivum esse factum? Et vocali congruenter mutata, cur idem non agnoscamus in *ta-ik*, et *tat-ik*, de *at*, et *tat*?

189 Factitiva nostra, sic de activis passiva facta, revera paraphrastica sunt passiva, Hebraeorum verbis in *hophal*, vel *huphal*, exacte respondentia: הַפְקָד (hopkad), vel הַפְקָדֶה (hupkad), quod Schultensio Magistro sonat partim *inspicere factus est*, partim *inspici factus est*. Hoc alterum nostrae isthic formae est exacte congruens: verum alibi et alterum illud consentit quandoque; si verbum activum, ut iam monui, in statu sumatur puro. Nostra haec exempla, *olvas-tat-ik*, *emel-tet-ik*, paraphrastica sunt passiva, pluribus voculis circumscripta, sed his in unam tamen vocem concretis; sicut sunt Germanorum passiva reipsa paraphrastica, circumscripta, vocibus tamen separatis: *er-wird-gelesen*, *er-wird-gehoben*; *legi*, vel *legendus-efficitur-ille*, *levari* vel *levandus-efficitur ille*.

Passiva sunt et altera factitiva nostra de neutris formata, sed parte tantum posteriore, ipso nempe formativo sic inflexo, parte autem priore neutrorum verborum vim servante: *fek-et-ik*, *al-at-ik*, iacere efficitur-ille, dormire-efficitur-ille. Sic sunt et Hebraica effectiva de neutris passiva: de שָׁקַב (schákab), iacuit, procubuit, est שְׁקַבָּה (hoschkab), factus | iacere, 190 procumbere, vulgo pro simplici passivo sumtum, prostratus est; et porro de יָשָׁן (jáschan), dormivit, est יְהִי שָׁן (hojschan), factus est dormire; in quo שָׁן (schan), communis radix prima, est somnus, nobis *szuny*, et de hoc verbum *szunny-ad*, dormitat.

Et ista quidem factitiva nostra, formativo ita conveniente, passiva notione accepta linguae usu recto, vi omnin oexterna in patientes verborum personas agente, directe, et multo clarius passiva sunt: quam illa esse possint, quae recentiores pro passivis, immoderatius, et, ut postea videbimus inepte obtrudunt.

## 2. VSVS LINGVAE PERPETVVS.

Inter antiquiores Grammaticos nostros exactissimum reperio Paulum Pereszlénium, cum in proponenda verborum inflexione, tribus formis clare distincta, indeterminata, determinata, et passiva, tum etiam in explicanda verborum formatione passiva, eaque a factitiva activa aperte secernenda.

Sic revera facit ille passiva de verbis activis; tertiae nempe horum personae singulari, themati, radici, addit formativum, *tat*, *tet*, vel *at*, *et*. Ex ad-

iectis exemplis ultro patet *tat*, *tet*, accedere verbis potissimum polysyllabis; *at*, *et* vero monosyllabis.

**191** Parata themata iam passiva inflectenda docet | per affixa propria, datis paradigmatis per omnia tempora, et horum personas, omnino sinceris (Part. III. cap. III. §. 1. pag. 103. et sqq.).

Cum porro de factitivis loquitur, quae ille mandativa vocat, eadem et hic formativa indicat. Aperte notat, passiva, et factitiva, isto quidem formativo convenire. Praemissa passivorum inflexione propria, a prioribus formis duabus distincta, *olvas-tat-om*, *olvas-tat-ol*, *olvas-tat-ik*, monet tamen factitiorum hoc esse discrimen: quod assumant affixa saltem activae vocis, tam indeterminatae, quam determinatae; ut *olvas-tat-ok*, *olvas-tat-fz*, *olvas-tat*; *olvas-tat-om*, *olvas-tat-od*, *olvas-tat-ja*.

Ubi vero et ipsa inflexio, sicut ipse ultro observat factitivum saepe convenire voce cum passivo, ut *olvas-tat-om*, legor, et curo legi aliquid certi; expresse monet iterum, factitivum sensu tamen differre a passivo.

Pereszlénium in his tam exactum fecit diligens, et fidelis observatio usus communis: quem ille certe spectasse videtur, et in vulgi quidem sermone quotidiano, sed tamen quam maxime in Scriptoribus et sui aevi, et superiorum temporum; | de quibus praecipuos, memorat vel in exiguo libello suo, Pázmánū, Káldium, Lépesium, et Telegdiū. Quotquot exstant Veterum Scriptorum monumenta, sive manuscripta tantum, sive typis vulgata;

mira est eorum in his omnibus de eo consensio: ut illi pro passivis sumserint ipsa omnino factitiva activa, addita ipsis inflexione tantum passiva. Ex quo hic usus merito antiquissimus, universalis, et perpetuus habetur.

Stat ille firmiter in formationibus de verbis polysyllabis cum formativo maiore, etiam cum minore, in verbis propter concursum consonantium huic formativo amicis.

Sunt haec factitiva activa, utraque inflexione activa: *késér-tet*, *késér-tet-i*, tentari-facit; *árúl-tat*, *árúl-tat-ja*, vendi-facit; *terjeszt-et*, *terjeszt-et-i*, extendi-facit; *szakafztt-at*, *szakafztt-at-ja*, lacerari-facit. Sunt vero eadem et nunc, et olim erant perpetuo, etiam passiva, accidente inflexione passiva: *késér-tet-ik*, *árúl-tat-ik*, *terjeszt-et-ik*, *szakafztt-at-ik*; tentandus-efficitur, vendendus-efficitur, extendendus-efficitur, lacerandus-efficitur; expressione vulgo recepta, tentatur, venditur, extenditur, laceratur.

Siqua occurrunt exempla cum formativi geminatione: sunt ea hic quidem quam rarissima, temere | projecta singularium hominum errore tantum per incitantiam irrepeante; cum iidem ipsi, in scriptis iisdem, innumera promant exempla alia formativo non geminato. Haec innumera, usus lege communi, nulla faciunt illa alia paucissima.

Frequentiora sunt exempla formativi geminati in factitivis passivis de verbis monosyllabis: verum et hic exempla alia cum formativo simplici, tam minore, quam maiore, tanto sunt apud eosdem

Scriptores numero; ut pariter pro nullis haberi debeant altera illa cum formativo geminato. Errore et ista irrepserunt per incogitantiam, et discrimine, quod est inter formativum minus, ac maius, non clare percepto. Est nempe observatum in polysyllabis maius formativum esse sonantius, *késér-tet-ik*, *árúl-tat-ik*; et eadem pronunciatio sonantior deesse visa est in monosyllabis, minore praesertim formativo, *kér-et-ik*, *ad-at-ik*; quare, ut ista quoque exempla pleniora fierent, audita in ipsis, *tet*, *tat*, syllaba sonantiore, putabatur ea et his intrudenda esse necessario, *kér-et-tet-ik*, *ad-at-tat-ik*.

Sed accurasier eorum observatio, quae horum 194 formativorum usu fiunt in ipsa lingua, fixam | dabit et hic legem. Verba de polysyllabis formativo maiore, quandoque etiam minore, et altera de monosyllabis formativo minore, nonnunquam et maiore deducta, sunt utraque pariter factitiva activa: *késér-tet*, *árúl-tat*, *terjeszt-et*, *szakaszt-at*, hac nempe significatione pollent, tentari-facit, vendi-facit, extendi-facit, lace-rari-facit; eodem sunt valore et ista, *kér-et*, *ad-at*, *köt-tet*, *lát-tat*, peti-facit, dari-facit, ligari-facit, videri-facit. Iam si usus perpetuus factitiva activa, de polysyllabis formata, faciat passiva, nulla accessione alia, nisi inflexione passiva: *késér-tet-ik*, *árúl-tat-ik*, *terjeszt-et-ik*, *szakaszt-at-ik*; debent utique, usu eodem sibi consentiente, etiam factitiva activa, de monosyllabis deducta, itidem passiva fieri sola dumtaxat inflexione passiva, sine ulla accessione alia: *kér-et-ik*, *ad-at-ik*, *köt-tet-ik*, *lát-tat-ik*.

Et huius quidem legis optimus et celebratissimus quisque Scriptor erat semper observantissimus. Inter eos princeps est hac insigni constantia Pázmánus: excellunt eodem usu recto et alii scriptores, priores, coaevi, et posteriores, cumprimis nominatores, Telegdius, Lépesius, Molnárus, Maros-Vásárhelyius et reliqui. Occurrunt horum exempla non pauca sub factitivorum | passivorum titulo, inter 195 Veterum Exempla Constructa, copiosius adducta ad probandam formam passivam (pag. 889. et seqq.); sed iuvat eadem, et alia multo plura, hic separatim sub conspectum ponere, ad maiorem rectae doctrinae evidentiam.

### EXEMPLA FACTITIVORVM PASSIVORVM DE MONOSYLLABIS FORMATORVM EXCERPTA EX MANVSCRIPTIS VARIIS.

Ex codice MS. Transl. Bibl. *Tü nektek mondatik népeknél* (Dan. III. 4.). Nem adatik ȫ neki királyi tisztelesség (Ibid. XI. 21.). A' búza megtöretik a' rostában (Amos IX. 9.). Ki álomból költetik föl (Zach. IV. 1.). Nem leletik hely ȫ bennek (Ibid. X. 10.). — Én értelmem megadaték énnekem (Dan. IV. 31.). Levetteték ȫ országának székeből (Ibid. V. 20.). — Ȫ erejek megtöressék (Dan. III. 44.). — Hogy a templom megrakatnék (Zach. VIII. 9.).

Ex precum Libro MS. *Kezdetik Urunk Jézus Krisztusnak Koronája*. Születék szűz Máriától, kinzaték Pontius Pilátus alatt. Mennyből te adatál, anyádtól mikort születél. Semmi bünnek miatta meg ne bántassam. Szentséges Fiadnak teste az te szűzeséges ölelben vala feketvén . . .

## EXCERPTA EX LIBRIS IMPRESSIS.

- 198 Ex Komjathio. *Mind ez világ alája vettessék az Istenek* (Ad Rom. III. 19.). — *Természet fzerént való olajfáról elmettettél, és természet ellen béoltattál a' jó termő olajfába* (Ibid. XI. 24.). — *Melly igen nagy kívánsággal tartatnék látnia* (D. ij.) . . .
- 204 Ex Kaldio. *Avagy megtsalatik e mint az ember. Meg fogok emészteni, mint a' ruha, melly a mollytól megétekik* (Job. XIII. 9. 28.). *A' fa, ha elvágatik, is még megzöldül* (Ibid. XIV. 7.). *Az istentelennek világossága nem oltatik el* (Ibid. XVIII. 5.). *Nem adatik a' finom arany érette* (Ibid. XXVIII. 15.). *A' felemelkedett kar megtörenik* (Ibid. XXXVIII. 15.). *Nem az Isten alá vettetik e az én lelkem* (Psalm. LXI. 2.). *Nem vétetik el tőle az ő bolondsága* (Prov. XXVII. 22.). *Böltsnek láttatik magának a' gazdag* (Ibid. XXVIII. 11.). *Melly gyermek akaratjára hagyatik, megszégyenít az anyját* (Ibid. XXIX. 15.). — *A' hegyek a' tengerközepébe vitetnek* (Psalm. XLV. 3.). *A' kard kezébe adatnak* (Psalm. LXII. 11.). *A' fiak, kik születnek, megbeszélik a fiainak* (Psalm. LXXVII. 6.). *Az ember bőlsegéért a' mik mondatnak* (Prov. XXVIII. 2.). — *Néked hagyatott a' szegény* (Psalm. IX. secundum Hebraeos. 14.). *A' ki még nem is született, és nem láta a' gonozságokat* (Eccl. IV. 3.). *Az ő urának veszedelmére tartatott gazdag-ság* (Ibid. V. 12.). — *Úgy tartattunk, mint a' megölni való juhok* (Psalm. XLIII. 22.). — *Kénkő hintessék az ő hajlékába* (Ibid. XVIII. 15.). | *Elrontassék, mint a' gyümölcstelen fa* (Ibid. XXIV. 20.). *Felelj a' bolondnak az ő bolondsága fzerént, hogy ne láttassék ő magának bőltsnek lenni* (Prov. XXVI. 5.) . . .

## a) FORMATIONIS VITIA EMENDATA.

- 207 Haec ita esse recta cum et usus probet, et ratio; quam quidem ipsa etiam Grammatica Debretzi-

nensis ultro agnoscit; ut clare patet ex verbis iis adiecta nota expressis, *reipsa*, *secundum veritatem* (*igazság szerént*): quomodo potest tamen eadem mox recedere ab agnita hac veritate, et usum *praepon-*  
*rum*, hinc veritati repugnantem, adeo indulgenter  
*admittere*? Hoc non est linguae integritatem tueri,  
*quod deberent cumprimis Debretzinenses praestare*:  
*verum illi, consuetudine vitiosa tam facile admissa,*  
*viam aperiunt corruptioni quam latissimam*. *Reipsa*,  
*secundum veritatem*, haec sola sunt recta, formativo  
*semel posito, zár-as-sék, zár-at-nék, zár-at-*  
*and-ik*: quare forti animo, et serio veritatis studio,  
*reiicienda sunt altera, formativi geminatione su-*  
*perflua aperte vitiosa, zár-at-tas-sék, zár-at-tat-nék,*  
*zár-at-tat-and-ik*.

Etiam | Editor, et Corrector Grammaticae Meli- 208  
 boeianaæ, cum bonus esse coepit errorum correctione,  
 cur non est aequa sincerus in dicenda veritate? Turpe  
 est, praesertim Correctori, linguae usum ignorare;  
 qui in verbis quidem polysyllabis non fert formativi  
 geminationem: aut, si hoc satis exploratum erat  
 viro, tanto foedius est affectu in hominem quantum-  
 vis clarum abripi; ut linguae nostræ, thesauro  
 communi, vitium, quod non habet, tam fidenter  
 affingatur. Nulla est in hac formatione contradictio,  
 studio euphonico nuper introducta; usus antiquis-  
 simus perpetuo simplex adhibuit in ea formativum,  
 maius ut plurimum, quandoque et minus: *szeret-*  
*tet-em, olvas-tat-om; ébreszt-tet-em, akafzt-tat-om*.  
 Serior ignorantia, non attento linguae usu recto,

imaginatione falsa, ad passiva a factitivis activis distinguenda, geminationem invexit antea numquam auditam, et vel nunc auditu ingratissimam: *szerettet-tet-em, olvas-tat-tat-om; ébreſzt-et-tet-em, akafzt-at-tat-om*. Notat etiam Pereszlenyius (pag. 112.) in nonnullis praeteritis passivae vocis formativam syllabam *tat*, et *tet*, duplicatam reperiri, ac si essent 209 mandativo passiva, et exempla adducit ex | Káldio: *ki bár megeméztettettem volna — a' méhből a' koporsóba vitettetvén* (Iob. X. 18 et 19.); qui utinam consumtus fuisse — de utero translatus ad tumulum. Talia sunt in aliis quoque temporibus quaedam exempla ex eodem Káldio: *érettet öldöklettetünk naponként* (Psalm. XLII. 22.); propter te mortificamur quotidie; *napestig káromlattatik az én nevem* (Isaiae LII. 5.); tota die nomen meum blasphematur. Sed errores sunt hi, commissi per incogitantiam, et formativorum discrimine non rite percepto, nimioque claritatis studio.

Haec enim exempla, praeter *vitettetvén*, de verbis polysyllabis factitiva sunt facta formativo minore propter concursum consonantium: quibus ideo deesse visa est pronunciatio sonantior, qualem dat formativum maius in derivationibus aliis de verbis polysyllabis; putavit ergo Káldius, errore sane, et obscuro formativi discrimine, et hoc alterum ipsis addendum esse.

Exemplum vero primum eo etiam magis confudit Káldium: quod id quidem in praeterito ad eandem redeat formam, rectissima licet formatione,

tam simplici forma activa, quam factitiva et activa, et passiva. Simplex enim forma activa *megemézst-ett*, comsumsit, dat | de se primam personam singularem, 210 directa pronominis affixione, *megemézst-ett-em*, consumsi. Similiter et haec forma *megemézst-et-ett*, factitiva notione activa consumendum effecit, et factitiva notione passiva consumendus effectus est, eadem est forma in eadem prima persona singulari, *megemézst-et-t-em*: quia hic praeteriti formativum integrum *ett*, propter affixionem pronominis *em*, recta lege euphonica, et vocalem *e*, et alterum *t* amittit; et licet alia sit hic formativorum separatio, sed ea in pronunciando non distinguitur, verum ex sensu constructo capienda est differentia, consumendum effeci, consumendus effectus sum. Hunc sensum postremum ut clare daret Káldius: putavit, sed errore iterum, rectae scilicet formationis lege violata, formativum factitivum et hic geminandum esse.

Fit haec confusio, nisi ad sensum attendamus, aliis etiam exemplis, vocalem *e* sonantibus. Vitatur tamen ea in simplici forma activa in verbis vocalium crassorum: de *választ-ott*, selegit, est prima persona singularis *választ-ott-am*, selegi; sed de factitivo *választ-at-ott*, | activa, et passiva notione, seligen- 211 dum effecit, et seligendus effectus est, eadem persona sic habetur *választ-at-tam*, seligendum effeci et seligendus effectus sum, differentia iterum ex sensu constructo capienda. Sic sunt quaedam verba etiam ö, et ü, vocali: ex. gr. *küld-ött*, misit, de quo est prima persona singularis *küld-ött-em*, misi; de *küld-*

*et-ett* vero, mittendum effecit, et mittendus effectus est, ea sic formatur, *küld-et-t-em*, mittendum effeci, et mittendus effectus sum. Verbum primi exempli, ut hoc tantum promam, habet Káldius locis aliis formativo non geminato: *a' mint megemésztetik a' felhő*, és *múlik* (Iob. VII. 9.); sicut consumitur nubes et pertransit; *midőn magadat megemésztetettnek alitod* (Ibid. XI. 17.); cum te consumtum putaveris; *ki, mint a' rothatás, meg fogok emészteni* (Ibid. XIII. 28.); qui quasi putredo, consumendus sum. Habet sic rite formata et alia huiusmodi verborum exempla innumera. Ex quo tanto clarius patet in exemplis aliis, perperam derivatis, et inflexis, eiusdem incogitania, et confusa formativi | notio, errorque ex his necessario consequens. Nobis cum sint omnia explorata, ex recto, et perpetuo linguae usu, qui in affigendis et factitivis formativis, et temporum, modorumque notis charactericis, et ipsis pronominibus personalibus, certam, et claram ubique analogiam ultro suppeditat: tanto exactius vitanda erunt singularium hominum vicia rariora, eoque fidentius emendanda, quacunque sint illi de cetero auctoritate.

Quare nos illa superiora, alia etiam ita vitiata, recte sic dicemus, differentia ex sensu constructo facile oblata: *Ki bár megemésztettem volna, hogy szem nem látna engem!* Ollyá löttem volna, mintha nem volnék, *a' méhből a koporsóba vitetvén.* Érettetd öldöketünk naponként: és úgy tartattunk mint *a' megölni való juhok.* Napestig káromlatik az én nevem.

Tuto notamus porro et ipsum Pereszlényium, alibi recte loquentem, hic tamen errore lapsum, et secum pugnantem; quod is verba memoret mandativo passiva (pag. 112.); postea de passivis etiam mandativa formari doceat (pag. 115.). Factitiae formationis | natura explorata neutrum admittit. Ex ipsis 213 enim factitivis activis fiunt passiva, nulla accessione alia, nisi accepta inflexione passiva: quod quidem et ipse Pereszlényius sic clare docet, datis iisdem, et passivi, et factitivi activi formativis, differentia tantum ab affixis personalibus capienda, et a sensu constructo (pag. 103. et 115.). Deinde quae ille promit exempla factitivi activi ex passivo formati, *olvas-tat-tat*, curat legi, *szeret-tet-tet*, curat amari. *Szent Pál szeret-tet-tet-i az Isten*, Sanctus Paulus curat, facit, ut ametur Deus, facit amari Deum: eundem sane hunc sensum faciunt natura sua verba factitiva directe de activis formata, verbis activis notione iam passiva sumtis, cum accusativo patiente, per actorem alium, *olvas-tat*, *szeret-tet*, ut ipse paulo ante eadem haec exempla reddidit (pag. 115.), curat legi, curat amari. Est ergo prior formatio superflua, imaginatione parturiente efficta praeter linguae usum, ac ipsa etiam formativi geminatione omnino ingrata.

*b) VSVS AFFINIVM LINGVARVM IN FORMATIONE  
PASSIVA.*

Hanc passivorum formationem, factitiorum lege | constabilitam, universalem, et perpetuam, me- 214 rito existimamus ab ultima antiquitate repetendam:

maioresque nostros, ex ipsa certe Asia, et ex primis adeo incunabulis, eam secum attulisse tanto fidentius asserimus, quod idem revera formativum in derivandis passivis vigere observemus etiam affinium linguarum usu, Chaldaicae nimirum, et Syriacae, item et Lapponicae, Fennicae et Esthonicae . . .

215      Lapponum formationem passivam, sicut ipsam Lindahlius, et Oerlingius singulari sistunt paradigmate et Lexicon Ihreianum exemplis confirmat frequentissimis, talem reipsa comperio: ut activo verbo simplici adiiciatur primo idem formativum factitivum, *et*, *at*, *ot*, facit, quod nobis **cum** Lapponibus commune esse loco suo iam satis exposui; huius postea notio activa reddatur passiva affixo *ow* formativo, vocali et hic praemissa, quod est ipsum *wa*, verbum substantivum simplicissima forma primigenia, est, fit; postremo veniant pronomina personalia, ad inflexionem necessaria, quae apud Lappones eadem sunt in omni forma, nec faciunt, ut nostra, coniugationes, et formas distinctas; ac propterea apud hos necessum erat, ad passiva a factitivis activis discernenda, formativo factitivo per se activo addere verbum substantivum, ut per hoc in illo notio excitetur passiva. Roboratur ergo, non destruitur, hoc Lapponum usu nostra formatio passiva.

Iuvat explanata exemplis illustrare. De activo *ets-et*, amare, fit passivum *ets-et-ow-et*, amari. Resecta infinitivi terminatione nudum *ets-et-ow*, formativorum vi exacte expressa, hunc sensum facit proprie et passivum praestat 216 circumscriptione, | concinne tamen in unam vocem contracta, *amatus factus est*; in praeterito primo *ets-et-ow-i*, hoc valet genuine *amatus factus fuit*; et in imperfecto *ets-et-ow-oli* hac est significacione vera *amatus factus esset*. Eadem expositione et in reliquis exemplis omnibus sic adhibenda, de activo *hast-et*, provocare, evocare, est passivum *hast-et-ow-et*, provocari, evocari; de *nagg-et*,

cogere, *nagg-et-ow-et*, cogi, coactum esse; de *kull-et*, audire, *kull-et-ow-et*, audiri. Quae de simplicissimis facta sunt prius activa, vel etiam factitiva, formativo conveniente, in iis ad hanc formam iam paratam accedit tantum verbum substantivum: ex. gr. de *pass-at-et*, lavare, a simplici *pass-et*, passivum est *pass-at-ow-et*, lavari; de *kidd-ot-et*, incitare, *kidd-ot-ow-et*, incitari; de *puod-ot-et*, occludendum, operiendum curare, a simplici *puod-et*, occludere, operire, est *puod-ot-ow-et*, occludi, operiri. De *kull-et*, audire, est etiam sola substantivi verbi accessione iam passivum, *kull-ow-et*, audiri: sicut de nostro *hall*, est *hall-ik* sola inflexione passiva. Ut hoc verbum, ita et alia superiora, levi reductione, ultro observantur 217 eadem et nostra esse: *u/z-it*, *nyagg-at*, *mos*, *kisz-t*, *föd*; de quibus nostra passiva sic habentur, *u/z-it-tat-ik*, *nyagg-at-[tat]-ik*, *mos-at-ik*, *kisz-tet-ik*, *föd-et-ik*.

Iam Fennica sequitur ratio. Ea plane congruit cum Lapponica, in exemplis certe ab Vhaëlio datis: quibus illustrandi caussa addo et alia ad eandem analogiam. Praemittitur nempe et hic formativum factitivum *et*, *at*, *ot*; huic postea adiungitur *ah*, praemissa et istud vocali, si quid video, ipsum certe verbum substantivum *ha*, cum halitu aspero pro obscuro, ut est in *va*; propterea sane, ut prius formativum ab hoc posteriore passivam accipiat notionem; accedunt demum pronomina personalia, quae eadem sunt et hic in omni verborum forma. Quare de activo *lask-en*, dimitto, passivum fit *lask-et-ah-an*, dimittor, proprie dimissus factus sum ego; de *cuul-en*, audio, *cuul-et-ah-an*, audior; de *ju-on*, bibo, *ju-ot-ah-an*, bibor; de *san-on*, dico, *san-ot-ah-an*, dicor; de *max-an*, solvo, *max-et-ah-an*, solvor; de *racast-an*, amo, *racast-et-ah-an*, amor.

Sed quae Gyarmathius adducit exempla, fortasse 218 ex Lexico Danielis Iuslenii, et ex dialecto Aboica; quae ut etiam Vhaëlius aperte monet, tollit *h* in passivo toto: ea

quidem aliam ostendunt formationem passivam, cum nostra exakte convenientem, affixo formativo tantum factitivo. Sic de activo *catz-on*, video, adspicio, formatur passivum *catz-ot-an*, videor, adspicior; de *coput-an*, pulso, ferio, *coput-et-an*, pulsor, ferior. In quibus audiuntur radices communes: *kats*, certe visio, adspectus, sed nobis paetis oculis factus, de quo est verbum nostrum accumulata formatione, *kats-on-g-at*, amatorios oculos defigit vicibus iteratis; deinde *kop*, sonus naturalis strepitus, pede vel manu editi, de quo est *kop-og*, strepitum edit pedibus calceatis.

Talia sunt et alia, quae ex eodem Gyarmathio transtuli in Antiquitatum Literaturae Hungaricae Volumen I. (§. 141.), cum observationibus ad illustrandam utramque convenientiam, et significationis, et passivae 219 formationis. *Háikyt-án*, sedo; | *háikyt-et-an*, sedor. Cuius radix *háik*, prona literae *j* in *l* mutatione, convenire mihi videtur cum nostro *halk*, tacitus, latus, quod illis est, vicina certe significatione, *sedatus*. Unde verbum activum, olim et nobis *halk-it-én*, hodie *halk-it-om*, tacitum, latus, sedatum facio, hoc est, sedo; idem postea passivum, primaeva formatione *halk-it-at-én*, hodierna *halk-it-tat-om*, sedor. Sic porro *heit-án*, iacio, cum nostro *hait-én*, *hait-om*, idem significante, clare conveniens, dat illis passivum *heit-et-an*, iacior; olim et nobis *hait-et-én*, hodie *hait-at-om*. Luculentius est isto *köyt-án*, ligo; nobis *köt-én*, *köt-om*, aequa ligo; de quo illorum passivum *köyt-et-án*, ligor; nostrum *köt-et-én*, *köt-tet-em*. Parem prae se fert claritatem *rak-et-an*, struor; nobis *rak-et-én*, *rak-at-om*, a communi radice *rak*, struit; deinde *tayt-et-án*, impletor; nobis *tölt-et-én*, *tölt-et-em*; de communi radice simplicissima *tå*, *tö*, plenus, quae ipsis increvit formativo *yt*, *tå-yt*, plenum facit, nobis vero aucta est primum formativo asyllabo *l*, *tö-l*, *te-l-ik*, plenus fit, deinde et altero iterum asyllabo *t*, *tö-l-t*, plenum fieri facit, implet.

Similiter apud Esthones formativum passivum est aperte nostrum minus, vocali congruenter mutata, | *et, at, 220 it, ot, ut*, etiam asyllabum *t*. Sed multa irregularitate turbatur, in dialecto praesertim Revalensi; clarius est Dörptensi. In tempore praesenti accedit ad hoc formativum etiam *aks* apud Revalenses, *as* vero apud Dörptenses: quod ego nil aliud esse reor, quam substantivum verbum *sa*, vocali in affixeione praemissa, valore proprio fit, infinitivi forma *sa-ma*, fieri, werden, non prorsus eodem adiectum, quo accedere notavi in Lapponicis *ha*, in Fennicis *wa*; ut nempe factitivum formativum per se activum huius accessione notionem accipiat passivam, fiatque de eo passivum et hic cum circumscriptione. Verum et hoc evanescente in temporibus aliis, est illud alterum tamen passivum: et maxime conspicuum apparet in infinitivo, in praeterito primo, deinde in participiis, et per haec in reliquis temporibus compositis. Revalensium formativum *aks* habent nonnulla verba in tempore praesenti solum dumtaxat, altero formativo factitivo non praemisso.

Exempla profero prius ex dialecto Revalensi. De activo *walmist-an*, ich bereite, paro, | fit passivum accedente solo *aks* formativo, *mind walmist-akse*, ich werde bereitet, ego paror, proprie ego paratus fio. Alibi vero comparet iam formativum factitivum passivum: *mind walmist-at-i*, ich wurde bereitet, ego parabar, ego paratus factus eram; *walmist-at-ud*, bereitet worden, paratus factus; *walmist-at-ama*, bereitet werden, parari, paratum fieri. De *se-un*, ich binde, ligo, fit passivum cum utroque formativo *mind se-ut-akse*, ich werde gebunden, ego ligor, genuine vero ego ligatus factus fio. Alibi manet prius tantum formativum: *mind se-ut-i*, ich wurde gebunden, ego ligabar, ego ligatus factus eram; *se-ut-ud*, gebunden worden, ligatus, ligatus factus; *se-ut-ama*, gebunden werden, ligari, ligatum fieri. Sic de *lei-an*, ich finde, reperio,

quod reductione facta est nostrum *lej-én*, *lel-én*, *tel-em*, fit passivum *mind lei-t-akse*, ich werde gefunden, ego reperior, ego repertus factus fio: deinde *mind lei-t-i*, ich wurde gesunden, ego reperiebar, ego repertus factus eram; *lei-t-ud*, gesunden worden, repertus, repertus factus; *lei-t-ama*, gesunden werden, reperiri, repertum fieri. Similiter de *uss-un*, ich glaube, credo, quod reductum est ipsum *hi-fz-én*, *hi-fz-em*, passivum habetur *mind us-t-akse*, ego credor, ego creditus factus fio; *mind us-t-i*, ego | 222 credebar, ego creditus factus eram; *us-t-ud*, creditus, creditus factus; *us-t-ama*, credi, creditum fieri.

Transeo iam ad dialectum Dörptensem. In hac de activo *minno armast-a*, ich liebe, amo, fit passivum cum utroque formativo *minno armast-et-as*, ich werde geliebt, ego amor, genuine ego amatus factus fio. Alibi cum solo formativo priore: *minno armast-et-i*, ich wurde geliebt, ego amabar, ego amatus factus eram; *armast-et-ud*, geliebt worden, amatus, amatus factus; *armast-et-ama*, geliebt werden, amari, amatum fieri. Pariter de activo *minno aja*, ich treibe, ago, pello, quod radicem sistit nostri verbi iam aucti cum halitu *haj-t*, *haj-t-om*, passivum habetur *minno aj-et-as*, ich werde getrieben, ego pellor, ego pulsus factus fio; deinde *minno aj-et-i*, ich wurde getrieben, ego pellebar, ego pulsus factus eram; *aj-et-us*, getrieben worden, pulsus, pulsus factus; *aj-et-ama*, getrieben werden, pelli, pulsum fieri. Eodem modo *minno neela*, ich verschlinge, devoro, deglutio, quod aperte et nostrum est *nyel*, *nyelem*, dat passivum *minno neel-et-as*, ich werde verschlungen, ego devoror, ego devoratus factus fio: *minno neel-et-i*, ich wurde verschlungen, | 223 ego devorabar, ego devoratus factus eram; *neel-et-us*, verschlungen worden, devoratus, devoratus factus; *neel-et-ama*, verschlungen werden, devorari, devoratum fieri. Etiam *minno mösse*, ich wasche, lavo, clarissime et hoc nostrum *mos*, *mosom*, si format passivum, *minno mösk-et-as*, ich

werde gewaschen, ego lavor, ego lotus factus fio; deinde minno *mösk-et-i*, ich wurde gewaschen, ego lavabar, ego lotus, lotus factus eram; *mösk-et-us*, gewaschen werden, lotus, lotus factus; *mösk-et-ama*, lavari, lotum fieri. Sic sunt et alia innumera.

#### B. IMPUGNATIONUM MOMENTA FUTILIA.

Videmus tandem rem tanta antiquitate probatam, vere domesticam, ex oriente allatam, et usus quam latissimi; qui nempe, non apud nos modo, verum etiam apud septentrionales gentes affines, hodieque sic viget: eam tamen Grammatici quidam, modo nati, egregii linguae restitutores, non verentur, tanquam peregrinam, et male arreptam, impugnare, et convulsum ire. Quare adversi huius conatus momenta sunt iam accuratius resumenda, et prorsus futilia demonstranda.

##### 1) AMBIGUITAS INEpte QUAESITA.

Infausta Grammatica Debretziensis habet hoc 224 vitium: ut, datis vocum formis optimis eas re-pente ambiguas proclamet, nude sumtas, propter congruentiam fortuitam cum aliis vocum formis non pueriliter tantum, et inepte, verum etiam malitiose scrupulosa in congerendis argutiis insulsis ad corrupendas formas bonas; ut claritas, praepostere quaesita, obscuro cerebro, per aperta sermonis menda patescat. Enormiter peccat illa hoc vitio inter alia in duabus quam maxime rebus: in reiectis factitivis passivis, de quibus hic agimus; et in corrupta constructione possessiva, re possessa ad

possessores plurales relata, de qua in syntaxi disceptatur. Aegerrime fero Samuelem Gyarmathium, eidem vitio implicitum, Debretzinensibus multo derius loquentem.

Confusio, et ambiguitas oritur. Quando oritur? Quando insulsa capita rectas vocum formas, a vocum reliquarum nexu separatas, nude sumunt. Non capiunt, quo sit sensu *veretik*: verberaturne, an ipsum verberandum curant. Haerent in forma *számlál-tatom*, quid ea valeat: numeror, an numerari iubeo.

**225** Non expediunt | quid praeteritum *adatott* significat: datusne est, an dandum curavit. Inepti captatores, si modo ita nugatorio seiungant voces, possunt in omni lingua vana huiusmodi dubia movere. Et quia sic isti insaniunt, audiendosne ipsos putabimus, an potius deridendos: si ad tollenda turbati cerebri dubia, formas vocum, recto usu constabilitas, suadeant in alia quoque lingua mutandas. Quaerit quispiam, quid valeat vocabulum *amaris*. Stolide! dic plura, mox te intelligam: *utor aquis amaris*; *multum a fratre amaris*; *si me amaris, hoc quidem, lubens, ac cito praestabis*. Sic in lingua nostra, si loquimur, voces utique plures proferimus: ex quarum nexu sensum rectum ultro percipimus. Clara est significatio factitiva activa in hac expressione plena: *Jánost keményen veretik a' Birák lopásáért*; Joannem severe verberandum curant Iudices propter furtum. Clara item in hac significatio factitiva passiva: *hogyan üzetik, hogyan veretik a' szegény ember*; quomodo propellitur, quomodo verberatur

homo miser. Nemo adhaeret in his sententiis plenis: én is közéjek számláltatom; | et ego ipsis adnu- 226 meror; a' nyájamat számláltatom, gregem meum numerandum curo; nekem is jutalom adatott; et mihi datum est praemium; az atyám nektek is jutal- mat adatott; pater meus et vobis praemium dan- dum curavit. Ipse vulgus communis, cui sane mens magis seria est, quam istis scriptoribus sciolis, inepte argutulis, haec quidem ita connexe prolata paeclare discernit: ubi sit vis factitiva activa, et ubi factitiva passiva.

2) ACTIVORUM VSVS FAMILIARIOR PRAVE,  
ET INSULSE OBIECTUS.

Sed in sermone quotidiano, vel docti viri raro utuntur hac forma factitiva passiva, vulgus autem multo rarius. Utrisque amiciores sunt constructiones activae pro passivis. Sic etiam Lapponibus. Passiva induxit inepta literatorum usurpatio; qui nequeunt animo concipere, linguam Hungaricam passivis aeternum carere posse.

Quid tum postea? Familiarior est et doctis, et vulgo, activorum usus in sermone communi. Formulae loquendi, multae illae, et frequentes, sic placent: *azt mondják, azt beszéllették, meggyőzték | az 227 ellenséget*. Est hoc etiam Germanis amicum, impersonaliter expressum, ut vulgo dicunt, sed tamen activum: man sagt es, man erzählte es, man hat die Feinde überwunden. Est pariter et Lapponibus familiare. Sed istae locutiones peculiares non im-

pediunt omnem penitus usum passivae constructionis. Lappones certe, licet vulgo activis utantur potius, ut et nos, habent tamen distinctam formam verborum passivam. Habent Germani. Habemus et nos, ratione rectissima, ut iam vidimus, formativo conveniente, et usu linguae perpetuo.

Pudet me Gyarmathii. In omni lingua, cum substantiarum habitudines quaeruntur, ipsa nimis verba, voces habitudinum, hae occurunt primae: status, actio, passio. Omnes gentes has capiunt ex verbis suis notiones primas, et haec discrimina prima. Solam gentem Hungaram ita hebetem vult esse Gyarmathius: ut istas verborum notiones primas non sic percipiat, et passivis quidem aeternum carere possit. Illa nempe gens Hungara, cuius mens excitata, tot et tam subtile reperit in ipsis verbis foecunda notione modificationes secundarias, stupet in primis verborum notionibus, et 228 passiva in his non | capit. Potestne quidquam insolentius dici a Linguae Magistro Philosophante? Literati nostri, fideles eorum conservatores, quae gens ipsa suae mentis vigore clare sensit, et apte expressit, de hoc merito suo ita viliter accusantur: ut peregrini usus, Latini nempe, inepti imitatores, inepti propagatores temerarie proclamentur. Sic labuntur, qui non norunt linguae arcana rite scrutari. Passivum in nulla lingua est peregrinum, sed ubique domesticum: sic est illud in nostra quoque lingua non peregrinum, sed domesticum. Idem est praeterea, linguam imperfectam, et linguam sine passivis imaginari.

3) PARTICIPIA ACTIVA PRO PASSIVIS VSVRPATA  
FRVSTRA ADDVCVNTR.

Quod porro Debretzienses adiiciunt: est et hoc partim nugatorium, partim erraneum. Hungari participia praeteriti primi omnino activa usurpant pro passivis, adiecto ipsis verbo substantivo. Vidi-mus horum exempla: *már fogva vagyon*, iam captus est; *nints megköszörülve*, non est acrefactum; *meg vagyon írva*, scriptum est; *meg volt mondva*, dictum fuit. Addere potuissent etiam secundi praeteriti participia. Hungari enim | et haec, activa licet, 229 tamen passive sumunt: *olvasott pénz*, numerata pecunia; *küldött levél*, missa epistola; *bészedett adós-ság*, collectum debitum.

Possuntne scioli nostri sic adhuc ineptire: ut privent Hungaros verborum notionem passiva? Illi vero acri mente sua ita et hanc percipiunt: ut datis activis licet formis, sensum tamen ex vocum contextu passivum exakte distinguant. Idem, cum tanta sint discernendi perspicacia, an non formas etiam factitivas, ex vocum contextu, tanto pronius sument passivas: quod ipsa formatio factitiva, vi alioquin externa sibi involuta, notionem, cum res poscit, ultro exerat plene passivam, non tantum factitivam activam. Debretzinensium sensus hebes, seu verus, seu quaesitus, quam est iniquus! Illi enim suo hoc vitio populum volunt esse notatum, se quidem ipsis, vel hac in re sola multo sagaciorem.

Populus ex formis etiam non rectis cum sensum capiat rectum, et congruentem: quid, obsecro,

primum in mentem veniat Grammatico attento, si linguae nostrae monumenta inspiciat, vetera, media, et recentia?

230 Sunt illic formulae, notatae, | quales vidimus, vitiosae: sed quas populus, ipse admonitu suo, sensu omnino interno, recte intelligit. Sunt aliae, populi admonitu, sensuque interno, hoc ipso ad genuinam linguae indolem exactae, sicque intelliguntur, ut his indiciis intelligi debent, recte nimirum: *meg vagyon fogatva, nints megköszörültetve, meg vagyon iratva, meg volt mondatva, olvastatott pénz, küldetett levél, bészedetett adósság.* Istis, opinor, adhaerbit unice rectis: illas vero vitiosas, ut merentur, reiiciet, neque erroribus errores tuebitur, quemadmodum Debretzinenses faciunt, uti hoc, sic aliis etiam exemplis insulsis. Laudanda est Literatorum nostrorum in utrisque notandis diligentia. Nos, recta ratione usi, secernemus sincera a corruptis. Populi tacitus admonitus, sensus internus, et explorata linguae natura, his rite accommodata, certa sunt secernendi auxilia. Ea erunt nobis sincera: quae his congruent. Corrupta alia, per incogitantiam proiecta: sed quibus altera sincera reclamant perpetuo.

#### 4) DEBRETSZINENSIVM MENDAX AFFICTIO.

Sed audent Debretzinenses vulgo nostro id  
231 etiam mendaciter | affingere, quod nuspianum est sic in usu, ut illi esse volunt. Praeter activorum usum Hungarum magis familiarem, si passiva lubet adhi-

bere, temerarie asserunt illi, ipsis hanc verborum formam prouis venire ab ore: *megverődött*, verberatus est, *eltserélődött*, commutatus est, *kivetődött*, eiectus est.

Ante infaustum Grammaticam Debretzinensem nuspian audit a est haec forma illo, qui hic obtruditur, usu: non in libris, non in vulgi sermone. Adhibita est, cum adhiberi debuit, ad indicandam passionem omnino reflexam, vel usu etiam latiore, quasi reflexam. Passionis reflexae ista sunt exempla: *megszáradott* a' *böröm*, és *egybevonódott* (Job. VII. 5.); *cutis mea aruit*, et per se contracta est; a' *tövisek egymással egybefonyódnak*, (Nahum. I. 10.); spinae sibi invicem implexuntur. Exempla alia passionis quasi reflexae. Primum esto, *elvetődött* a' *kalapom*, petasus meus proiectus est quopiam, tenore, non vi in eum directa; sicut fieri assolet in cumulo rerum, ut, re una a quopiam mota, moveantur et reliquae quasi | per se. Alterum vero, a' *beszédben* az 232 *is előhozódott*, in sermone est et hoc relatum; non studio, sed occasione per se nata; uti fit, cum verba de variis miscentur. At illo certe sensu directe passivo, qui huic formae tanto nisu affingitur, nemo antea haec verba usurpavit: *a levél iródiák már*, s' *mindjárt általadódik*, epistola iam scribitur, moxque tradetur; a' *tudományok elrendelődtek* s' *illő formába vevődtek*, scientiae in ordinem sunt redactae, et in formam decentem transpositae. Et ut ego recte me observare puto: ne ipsum quidem Debretzinum hac forma sic antea usum est. In *Exiguo*

illo *Nido* aliquot *Virorum* ex quo prodiit Stupenda Grammatica Debretzinensis, prima fuit origo usus praeposteri. Inde serpsit malum ante omnia in ipsos Debretzinenses, latius postea, in partes alias.

Observant ipsi Debretzinenses se in principio nimium late locutos fuisse: cum postea arctiores ponant huius usus limites, praemissa ratione horroris, quem nonnulli capiunt ab hac forma sic usurpanda. Fit hoc ex eo, aiunt illi, quod istia res habeant huic formae non assuefactas: | cum non habitaverint in tali regione, vel talium consortio non fuerint usi, ubi et a quibus haec terminatio constanter adhibetur.

Aures assuefactas habere possumus rebus et bonis, et malis. Sola aurium assuefactio nunquam est signum verum recti horroris a re aliqua, vel rectae propensionis in rem aliquam. In omnibus, et in his quae nos urgemuſ, rationes determinant. Sed illae quas hactenus audivimus, fuitiles sunt et mendaces. Arctius est iam praesidium talis regio, et talium consortium, ubi et a quibus hic usus frequentatur. Linguae historia docet, et regionem talem, et talium consortium iterum fictum esse, ante Grammaticam Debretzinensem. Sed concedamus rem ita esse, ui isti volunt. Si comparatio fiat cum lingua universa tot saeculorum, tot regionum; quid habet ponderis talis regio, et quam, maxime talium consortium? Eo redimus, nil tale fuisse antea. *Nidus exiguis Debretzinensis* fuit talium coosortium primum: talis regio fuit postea

*Civitatis Debretzinensis Protensio celerrime corrupta; et plagae reliquae coece obseqiose. Hae aures 234 habent iam assuefactas formae non recte obstrusae, isto nempe usu directe passivo: sed nos habere nondum possumus, nec unquam habibemus; quia rationes prohibent solidissimae.*

5) DATAE AD SPECIEM LVCVLAE, DE VERBO FACTITIVO ET REFLEXO PASSIVO, MALO STUDIO OFFUSA OBSCURITAS.

Nihil nequius intentum consultatione, et decisione. Datur primo quaedam lucula de verbo factitivo, et de verbo reflexo neutro passivo: ut factitivum aptius esse videatur reflexo ad usum passivum. Sed stricta locutio, seu ignoratio intimae naturae tam factitivi, quam reflexi neutro passivi, confusa proinde argutatio, datae luculae qualicunque obscuritatem offendit studio reipsa perverso: ut usui recto, sensim represso, non rectus praeferatur: quia iste haeret menti, non rite cogitanti, verum ineptis imaginationibus agitatae.

6) NUGAE POSTREMAE.

Nemo infitias iverit, aiunt illi demum affixum *ik* esse formae passivae terminationem. Nos hoc, 235 longe aliter, et rectissime explicamus: affixum *ik* esse formae indeterminatae secundae, verborum radice aucta; eam vulgo dici etiam passivam, quia passiva verba per eam inflectuntur. Sed inflectuntur per eam etiam activa non pauca, aucta nimirum radice, dum indeterminatae construuntur: *efzik*,

*iszik, tselekszik, gyónik, szopik, et alia. Per eam inflectuntur etiam neutra: lépik, szökik, múlik, szokik, jelenik, tsendesedik, állapik, bátorodik, et alia de hoc genere quam copiosissima. Affixum *ik* est et his proprium. Est idem proprium verbis reflexis et neutro activis, et neutro passivis. Proprium est etiam factitivis passivis. Sic sunt ista usu perpetuo. Quanta ignorant Debretzinenses! Nil mirum est, ita eos nugari, vel hallucinari potius, hac etiam praeclara illatione sua: verbis reflexis neutro passivis affixum *ik* propria est terminatio: ergo ista sunt vera passiva nostra.*

#### C. OBTRUSA PASSIVA INEPTA, ET ABSURDA.

Iam dedi naturam intimam, et significationem  
 236 genuinam, | verbi reflexi neutro passivi. Hic exempla  
 tantum memoro exacte reddit: *fonyódik*, fit ille se  
 implectens; *gyötrődik*, fit ille se torquens; *bajlódik*,  
 fit ille secum luctans; *vesződik*, fit ille secum  
 conflictans. Licet vulgo ista et sic reddantur satis accom-  
 mode: implectitur per se, torquetur per se, luctat-  
 tur secum ipse, conflictatur secum ipse. Haec ergo,  
 ista natura, et ista significatione praedita, nemo  
 pro passivis puris adhibuerit, inepta utique ad hunc  
 usum; nisi qui absona quaeque miscere velit, ad  
 corrumpendam linguam malo furore concitatus.  
 Multo minus altera quisquam usurpaverit, ut qui-  
 dam volunt, emendatoria: *emeltetődik*, *olvastatódik*,  
*kéretődik*, *rakatódik*. Ista enim, hac formatione vi-  
 tiosa, monstra sunt, non vocabula, absurde efficta

contra omnem linguae analogiam: quae, si ad notionem reflexam neutro passivam poscatur notio etiam factitiva passiva, huius formativum, ut in exemplis vidimus iam alibi datis, postremo ponit loco, *kínlódtatik*, *gyötröödtetik*.

Non sufficit Debretzinensibus linguae patriae integritatem his formis proterere, alteris ad hunc usum non aptis, alteris vero etiam monstrosis: sed, quo | horridiora essent sermonis nostri 237 *vitia*, male adhibitis, et male natis formis inversam dant et ipsam inflexionem. Nota est de hoc quoque errore disceptatio mea iustissima: *iródjon a' levél*, *ha megíródna a' levél*; *rakatódjon öszve a' jószág*, *ha öszverakatódna a jószág*. Habet hoc mala pertinacia: ut vitia det, quo potest, cumulatiora. Abhorret ab his, quia mitiore animo rationes audit.

Et iste quidem non etiam tertia admittet passiva obtrusa, quae nos mutativa neutra vocamus ad hunc usum aequa inepta, aequa horrida: *fzépü'l*, *tágúl*, *sükétü'l*, *igazúl*, genuina significatione, pulcher mutatione fit, laxus mutatione fit, surdus mutatione fit, iustus mutatione fit; ut vulgo redunduntur, pulchrescit, laxatur, surdescit, iustificatur.

Dedi etiam factitivi verbi omnem rationem intimam. Est hoc factitivum activum forma dupli, indeterminata prima radice unda, et determinata; est idem etiam factitivum passivum forma indeterminata secunda radice aucta, passivum proprie paraphrasticum, passivum aptissimum, ratione rectissima, formativo conveniente, et usu linguae perpetuo.

138      Iam nos, Debretzinensibus oppositi, cum omnia collocata habeamus in luce clarissima, nullam possumus fingere ambiguitatem in verbis factitivis. Promte discernimus: quando sint illa factitiva activa, et quando factitiva passiva, quae pro passivis habemus propriis.

Adhibemus etiam reflexa neutro passiva, item et mutativa neutra, cum ea sensus requirit: sed iis nunquam utimur ut passivis propriis; ne linguam corrumpamus, thesaurum, qualem sincero studio didicimus, purissimum.

### §. II. AFFORMATIVUM POTENTIALIUM.

B. 1      Affformativum omnium postremum, prioribus verborum generibus, et speciebus omnibus nexile, est verbum *hat*, gemina significatione *potest*, vocali congruenter mutata *het*: forma priore hodie quoque usitatum, comprimit in compositis, et derivatis: *nem ható a' testamentom, mindenható, behat, általhat, hatalom, hatalmazik, hatalmaskodik*. Verbis adiectum addit significationem, quam habet, propriam, *potest*. Non turbat verborum formas priores: radicibus nudis directe adiicitur; sic accedit ad nudatas quoque radices, nisi quod resectum *ik* pronomen mox resumat iam sibi adnexum.

Exempla primi generis ad illustrandum data. *Vár*, exspectat, *vár-hat*, exspectare potest; *kér*, petit, *kér-het*, petere potest; *olvas*, legit, *olvas-hat*, legere potest; *keres*, quaerit, *keres-het*, quaerere potest; *olvas-tat*, legendum curat, *olvas-tat-hat*, legendum

curare potest; *keres-tet*, quaerendum curat, *keres-tet-het*, quaerendum curare potest. Sic *bámúl*, stupet, *bámúl-hat*, stupere potest; *réműl*, consternatur, *réműl-het*, consternari potest; *bámúl-tat*, stupere facit, *bámúl-tat-hat*, stupere facere potest; *réműl-tet*, | consternari facit, *réműl-tet-het*, consternari **B. 2** facere potest.

Exempla alia secundi generis ad explanationes claritatem. *Múl-ik*, praeterit, *múl-hat-ik*, praeterire potest; *szün-ik*, cessat, *szün-het-ik*, cessare potest; *fut-am-od-ik*, procurrit, *fut-am-od-hat-ik*, procurrere potest; *él-em-ed-ik*, reviviscit, *él-em-ed-het-ik*, reviviscere potest; *gondol-kod-ik*, cogitat, meditatur, *gondol-kod-hat-ik*, cogitare, meditari potest; *gyönyör-köd-ik*, delectatur, *gyönyör-köd-het-ik*, delectari potest. *Olvas-tat-ik*, legitur, *olvas-tat-hat-ik*, legi potest; *keres-tet-ik*, quaeritur, *keres-tet-het-ik*, quaeri potest.

Verba *sz* consona evanescente, irregularia, formativum potentiale accipiunt ad primas radices simplicissimas.

Sic de *le-sz-en*, *te-sz-en*, *ve-sz-en*, *vi-sz-en*, *hi-sz-en*, potentialia sunt *le-het*, *te-het*, *ve-het*, *vi-het*, *hi-het*. Similiter de *e-sz-ik*, *i-sz-ik*, sunt *e-het-ik*, *i-hat-ik*. Ita etiam de *al-usz-ik*, *nyug-ofsz-ik*, *alk-u-sz-ik*, *fek-üsz-ik*, *esk-üsz-ik*, sunt *al-hat-ik*, *nyug-hat-ik*, *alk-hat-ik*, *fek-het-ik*, *esk-het-ik*. Sed *harag-usz-ik*, *vaj-usz-ik*, *tselek-esz-ik*, *kérk-üsz-ik*, et alia, radicibus praesertim prolixioribus, habent | poten- **B. 3** tialia sua de formis non sibilantibus: *harag-ud-*

*hat-ik, vaj-ud-hat-ik, tselek-ed-het-ik, kérk-üd-het-ik.*  
Ad horum exempla duo de superioribus et si audi-  
nutur: *alk-ud-hat-ik, esk-üd-het-ik.*

Verbum *vagyon* non habet potentiale. Sed *me-  
gyen*, dat primum, et frequentissimum, de radice  
simplicissima, *me-het*; alterum etiam de radice auc-  
tiore, rariore tamen exemplo, inter antiquos Teleg-  
diano, *men-het*.\*

Verba *v* consona evanescente, irregularia, ac-  
cepto formativo potentiali, quod iam ab halitu in-  
choat aspero, suum obscurum suppressunt. Sic de  
*hiv, viv, ov, jöv, növ*, et aliis, potentialia sunt: *hi-  
hat, ví-hat, ó-hat, jö-het, nö-het*, et alia.

Verseghii absurdia hallucinatio, et superba per-  
tinacia satis confusa est in Disceptionibus de  
Forma Indeterminata Secunda: qui corrumpendae  
linguae studio perverso totus abreptus, contra om-  
nem usum rectum, temerarie et hoc inclamat, ac-  
cessione potentialis formativi *hat* affixum *ik* de ver-  
bis tolli debere.

Gentes affines non habent verba potentialia.  
In lingua tamen Lapponica Lexicon Ihreanum no-  
tat exempla complura potentialium: sed quorum  
formatio non satis clara est; pleraque enim con-  
funduntur cum factitivis, in paucis appareat lucu-  
b. 4 lentius, | aliquod discrimin. De *raiket-et*, perforare,  
*rainet-et*, purgare, eadem formationes dupli su-  
muntur significatione, factitiva, et potentiali: *raiket-*

---

\* Cf. Gramm. Elab. pag. 850. [Nota Editoris.]

*att-et*, perforandum curare, et perforari posse; *rainet-att-et*, purgandum curare, et purgari posse. Discernuntur aliqua: *pádu-et*, nere; *pádu-et-et*, nendum curare; *pádu-et-att-et*, neri posse; sic *páld-et*, urere, *páld-et-et*, urendum curare; *páld-et-att-et*, uri posse.

## CAPUT IV.

### OBSERVATIONES IN VERBORVM SPECIES PER DERIVATIONES VARIE NATAS.

Vidimus, quantum habeat lingua nostra formativorum copiam, vel ad sola verba derivanda: ut substantiarum habitudines exprimantur modificationibus tam variis, et tam subtilibus. Haec nos excitare possunt ad duplicem observationem instituendam, primo quidem quae linguae affines quibus verborum speciebus superent alias, et quae convenient in singularibus; postea vero quanta sint copia in lingua tantum nostra verborum species, formativorum affixione, et accumulatione, quam linguae usus admittit, varie modificatae. Primum est ad ampliandam eorum, qui haec discendi studio legunt, eruditionem. Quos ego nihilominus nolo multis onerare: sed | strictim attingam rariora, et attentione **b. 5** nostra digniora. Alterum est ad linguam nostram commendandam: quae vel hac una orationis parte tam est copiosa. In hoc elaboravit iam aliquando Kalmárus, postea Gyarmathius hunc ipsum religiose imitatus in ipsis adeo erroribus. Numeratas dede-

runt verborum species summa ingenti, sed partem magnam ad horrorem effecta. Ego rem eandem resumo: ut nimio linguam nostram attolendi studio inductos errores foedissimos et hic minuam. Admirabilis est linguae nostrae copia: etiamsi istae verborum species non fuerint datae effectae, et vitirosae, sed verae tantum, et sincerae.

### §. I.

#### VERBORVM SPECIES MVLTIPLICES IN LINGVIS AFFINIBUS, NON TAMEN ADAEQVATAE.

Lingua nostra, et aliae affines, quam multiplices habeant verborum species, per derivationes varie natas, clare liquet ex ipsa derivatorum deductione: in qua, cum nostrae sunt diligenter evolutae, sunt et affinium linguarum species eaedem fideliter ad ductae. Sed non paucae sunt etiam omissae, quae excedunt nostras isthic studiose evolutas. Ad nonnullas vero nostras nullae sunt productae, quia illic deficiunt.

**B. 6** Abundant his affines linguae singulae, sed non aequaliter: nonnullis aliae superant alias.

Jam memoravi loco suo, nos Hungaros solos habere verba potentialia. Horum vestigia apud Lappones, non satis explorata, ambiguos nos reddunt: ut de ipsorum usu simili nil certi possimus statuere.

Habent Turcae, non item affines gentes aliae, de omni verborum genere, et specie, speciem sibi peculiarem, negativam, et impossibilem, proprie po-

tentialis nostrae negativam. Eius exemplum profero in verbo tantum activo: *sew-mek* est amare; *sew-me-mek*, non amare; et *sew-eme-mek*, non posse amare.

Caremus nos Hungari, et affines gentes pleraequae, verbis desiderativis. Hunc nos affectum in verbis nonnullis, in quibus maxime solet exerci, ex primis modo optativo, et verborum specie potentiali: *e-het-ném*, esurio; *i-hat-nám*, bibiturio; *al-hat-nám*, dormiturio; quorum propria tamen significatio ista est, *comedere possem*, *bibere possem*, *dormire possem*. Sic adhibentur et reliqua verba his analoga: *fek-het-ném*, *nyug-hat-nám*, simili expressione, *iacere possem*, *quiescere possem*. Exemplis | aliis b. 7 affectus desiderii circumscriptione indicatur.

Duae tamen gentes, eaeque remotissimae, Lappones et Arabes, habent verba desiderativa: et, quod attentionem nostram merito excitet, habent ea formativo prorsus eodem; nisi quod Arabes, more orientali, id verbis praefigant, Lappones contra, more nostro, iisdem affigant.

Utuntur Lappones hoc formativo sic etiam, ut vocabulo separatum sumto, significatione propria: *usto*, desiderium, cupiditas; de quo et verbum adhibetur forma simplicissima *ust-et*, etiam auctiore, *ust-ot-et* et *ust-ut-et*, desiderare, concupiscere. Separatim usurpant Turcae hoc formativum verbi valore, et illa puritate, qua id Arabes accipinut in desiderativorum formatione: *ist-e-mek*, velle, cupere, optare, desiderare.

Lapponum exemplum primum de verbo *pårr-et*, edere, comedere, est *pårr-åst-ow-et*, esurire, cibum appetere; alterum de verbo *jukket*, bibere, est *jukk-åst-ow-et*, bibiturire, potum cupere. Haec et alia, Lapponibus sunt neutra. Quo admonitu, si partes  
**B. 8** componentes singillatim spectentur, clara est | conveniens significatio propria. Nam *et* postremum est infinitivi terminatio; *ow* ipsum *va* saepe explanatum, verbum *sum*; *åst*, *ast*, vocalibus hic iam accommodatis, ipsum *usto*, desiderium; *pårr*, et *jukk*, esus, et potus. Quare *pårr-åst-ow-et* isto est valore proprio, esus, vel edendi desiderio esse; *jukk-åst-ow-et* autem, potus, vel bibendi desiderio esse.

Huius generis exempla Arabica sunt formae decimae. Formativi prima significatio propria manet in plerisque: *ist-imtar a matar*, desiderare pluviam...

Admiranda tenacitas reliquiarum linguae pri-  
**B. 9** migeniae! Neque enim alia datur tantae | convenientiae explicatio: praesertim cum et alia bene multa de Lapponicis exacte conspirent cum Arabicis; uti *mads*, inter alia, Lapponibus formativum praeteriti, quemadmodum loco suo satis evolvimus, et idem Arabibus reipsa praeteritum.

## §. II.

### VERBORVM SPECIES NVMERATAE IN LINGVA NOSTRA.

Transimus iam ad verborum species: ut eas numeratas demus, praeter verborum genera iam nota. Sed prius exponendae sunt praeviae quaedam

notiones. Ad finem vero addenda animadversio in errores.

A. NOTIONES PRAEVIAE.

In distinguendis verborum speciebus significatio spectatur ante omnia primaria, deinde secundaria, primariae varie adiecta.

Verba, unam tantum, et simplicem complexa significationem, propriam, primariam, non solum primitiva, verum etiam derivata, praesertim de nominibus, *simplicia* vocamus. Haec apud nos duo constituunt verborum genera: *activa*, seu *transitiva*, quorum actio transit in obiectum; et *neutra*, seu *intransitiva*, etiam *immanentia*, quorum actio non transit in obiectum, sed ipsis immanet. Ad horum b. 10 numerum non veniunt *passiva* nostra siquidem ea, accuratius expensa, ad primariam significationem habent adiectam etiam secundariam.

Grammatici nostri abutuntur vocabulo *transitivi*, ignari, quo sensu hoc Grammaticis Hebraeis adhibetur. Faciunt praeterea in neutrīs quoddam discrimen: ut aliqua dicant *neutro activa*, quibus actio quaedam, sed immanens, indicatur, uti jár, ambulat, fél, metuit; aliqua vero *neutro passiva*, quibus passio quaedam, verum et haec immanens, innuitur, uti nyúl, protenditur, hül, refrigeratur. Hoc ego discrimen semel tantum utor.

Formativa complura, praesertim ad nomina adiecta, dant verba tantum *simplicia*, seu verborum genera prima, *activa* et *neutra*, cum significatione

simplici, propria, primaria. Ea, licet sono diversa, sed eodem fere potestate, cum alia *agere, facere*, alia vero *esse, fieri* valeant, faciunt verborum genera convenientia, terminatione diversa.

Formativa alia, prioribus multa plura, verbis quam maxime primitivis adnexa, quaedam etiam **B. 11** nominibus, praebent verborum *species | varias*: in quibus significatio primaria augetur, secundaria, eaque simplici, dupli, etiam triplici, cum multiplici primariae notionis modificatione. Haec *derivata*, vel *composita* verba.

Est vero notandum, non raro et hic concurrere formativa diversa, eadem tamen significatione, quam augendis primariis addunt secundariam, et speciem verborum eandem constituunt forma diversa.

#### B. IPSAE VERBORVM SPECIES.

His, ut par erat, explanatis, damus iam verborum species, quot reipsa sunt in lingua, non fictas, sed sinceras, et usu recto firmatas. Geminari possunt pleraque relatione ad prima verborum genera: qua activae sunt, et neutrae. Quo facto numero essent maiore. Sed, quia et ipse Kalmárus, hoc discrimen non putavit expresse notandum esse ad augendam varietatem: id tuto et ego omitto, intentus solis tantum speciebus exacte distinguendis, et simul recte numerandis. Significationes Latine non addo; quia exempla adducta iam nota sunt.

1. Verbum simplex. Activum: *nyom, töm; lop, tép;*  
**B. 12** *takar, kever; madarász, egerész; torol, | perel, gózöl, bezéll,*

*segéll*; *kérd*, *kezd*, *enged*; *gyíjt*, *gyíjít*, *bont*, *ront*, *pattant*, *rettent*; *mutat*, *szeret*, *akaszt*, *ébreszt*; *kinoz*, *végez*; *számlál*, *szemlél*, *fagylal*, *kérlek*. Neutrūm: *foly*, *fut*, *él*, *fél*; *gyül*, *gyűl*, *párl-ik*, *fényl-ik*, *bomol*, *romol*; *pattan*, *retten*; *akad*, *ébred*; *ágz-ik*, *szemz-ik*, *virágosz-ik*, *gyümölcsöz-ik*.

2. Intensivum. Neutrūm dumtaxat: *folyam-ik*, *futam-ik*, *élem-ik*, *vetem-ik*; *állap-ik*, *ülep-ik*; *örvend*, *sets-kend*. Magis intensivum: *folyamod-ik*, *futamod-ik*, *éle-med-ik*, *vetemed-ik*; *állapod-ik*, *üleped-ik*.

3. Citatum. Activum: *ker-es*, *olv-as*, exemplis vix pluribus, et his reductione illustrandis. Neutrūm: *rep-es*, *fut-os*, exemplis aequē non pluribus usitatum.

4. Diminutivum. Activum solummodo: *ráz-ént*, *tap-ént*, *ér-ént*, *legy-ént*, *nyomor-ént*.

5. Inchoativum. Neutrūm tantum: *mohos-od-ik*, *nedves-ed-ik*, *zöld-ell-ik*, *feket-éll-ik*.

6. Continuativum. Neutrūm: *patt-og*, *rett-eg*, *for-og*, *pen-eg*; *húnyor-og*, *gózöl-ög*; *szor-ong*, *ker-eng*. Activum: *for-g-at*, *pen-g-et*; *húnyor-g-at*; *szor-ong-at*, *ker-eng-et*.

7. Frequentativum. Activum: *hord-oz*, *old-oz*, *köt-öz*, **B. 13** *küld-öz*; *ad-o-gat*, *szed-e-get*, *kinál-gat*, *izen-get*. Neutrūm: *fülad-oz*, *vigad-oz*, *ébred-ez*, *gerjed-ez*, *óhajt-oz-ik*, *hevéjt-ez-ik*; *rúgol-doz*, *öklel-dez*.

8. Mutativum, Activum: *új-it*, *képz-it*, *boldog-it*, *üdvöz-it*, *ford-it*, *pend-it*. Neutrūm: *új-ül*, *képz-ül*, *boldog-ül*, *üdvöz-ül*; *ford-ül*, *pend-ül*.

9. Minute citatum. Neutrūm tantummodo: *fut-kos*, et hoc uno fere exemplo notum.

10. Intense continuativum. Activum tantum: *magasz-tal*, *engefesz-tel*; *vag-dal*, *szeg-del*, *harap-dál*; *dudolgál*, *keres-gél*.

11. Minutim continuativum. Activum: *váj-kál*, *szurkál*; *farag-tsál*, *vakar-tsál*. Neutrūm: *jár-kál*, *úsz-kál*, *búj-kál*.

12. Intense frequentativum. Activum: *old-oz-gat*, *hord-oz-gat*, *küld-öz-get*, *önt-öz-get*; *hány-dogál*, *ir-dogál*,

*kér-degel, föz-degel.* Neutrum: *úsz-dogál, jár-dogál, jő-dö-gel, ül-dögel, es-degel.*

13. Citatim frequentativum. Activum: *kap-dos, fog-dos, tsip-des, öl-dös.* Neutrum: *buj-dos, rep-des.*

14. Minutim frequentativum. Activum dumtaxat: *mér-én-get, sér-én-get; kap-kod, nyom-kod, tsip-ked.*

B. 14 15. Citatim intense frequentativum. Activum tantum: *fog-dos-gat, tsip-des-get, raris admodum exemplis.*

16. Minutim intense frequentativum. Activum: *fal-dokol, ér-dekel, öl-dököl.* Neutrum: *ful-dokol, hal-dokl-ik, es-dekl-ik.*

17. Reflexum, et reciprocum. Neutro activum: *emel-ked-ik, gyaláz-kod-ik, gyönyör-köd-ik, szomor-kod-ik; követ-kez-ik, tsodál-koz-ik.* Neutro passivum: *nyujt-ód-ik, fejt-őd-ik, etiam nyújt-óz-ik, fejt-őz-ik, agg-ód-ik, gyötörőd-ik, emel-őd-ik, hurtzol-ód-ik.*

Sunt ergo septemdecim (17) species exactius distinctae: quarum singulae cum recipient formativa postrema, omnibus speciebus nexilia; fiunt illae insuper factitiae activae, et factitiae passivae; fiunt potentiales; fiunt factitiae activae potentiales, et factitiae passivae potentiales.

Singulae quinque his modificationibus novis variae in gentem faciunt numerum: ut tantum variatae sint octoginta quinque (85); quibus ad septemdecim (17) priores adiectis, species omnes communeratae sunt centum duae (102).

Et ut rem coeptam ad finem deducam: pergo  
B. 15 priores species postremis his accessionibus iugere | in exemplis iisdem, non tamen omnibus.

Numerus continuatur ad compleendam specierum summam. Sed isti, interiecta lineola transversa, adduntur duo praeterea numeri: prior ad notandam quamque speciem repetitam; posterior vero ad indicandam seriem formationum postremarum.

18—1—1. Simplex factitivum activum. De activis : *takar-tat*, *kever-tet*. De neutris : *foly-tat*, *él-tet*.

19—1—2. Simplex factitivum passivum. De activis : *takar-tat-ik*, *kever-tet-ik*. De neutris : *foly-tat-ik*, *él-tet-ik*.

20—1—3. Simplex potentiale. De activis *takar-hat*, *kever-het*. De neutris : *foly-hat*, *él-het*.

21—1—4. Simplex factitivum activum potentiale. De activis : *takar-tat-hat*, *kever-tet-het*. De neutris : *foly-tat-hat*, *él-tet-het*.

22—1—5. Simplex factitivum passivum potentiale. De activis : *takar-tat-hat-ik*, *kever-tet-het-ik*. De neutris : *foly-tat-hat-ik*, *él-tet-het-ik*.

23—2—1. Intensivum factitivum activum. De neutris tantum : *folyam-tat*, *állap-tat*.

24—2—2. Intensivum factitivum passivum. De verbis iisdem : *folyam-tat-ik*, *állap-tat-ik*.

25—2—3. Intensivum potentiale. In iisdem exemplis : *folyam-hat-ik*, *állap-hat-ik*.

26—2—4. Intensivum factitivum activum potentiale. **B. 16**  
De verbis iisdem : *folyam-tat-hat*, *állap-tat-hat*.

27—2—5. Intensivum factitivum passivum potentiale. In iisdem exemplis : *folyam-tat-hat-ik*, *állap-tat-hat-ik*.

28—3—1. Citatum factitivum activum. De activo : *keres-tet*. De neutro *repes-tet*.

29—3—2. Citatum factitivum passivum. De activo : *keres-tet-ik*. De neutro : *repes-tet-ik*.

30—3—3. Citatum potentiale. De activo : *keres-het*. De neutro : *repes-het*.

31—3—4. Citatum factitivum activum potentiale. De activo : *keres-tet-het*. De neutro : *repes-tet-het*.

32—3—5. Citatum factitivum passivum potentiale. De activo : *keres-tet-het-ik*. De neutro : *repes-tet-het-ik*.

33—4—1. Diminutivum factitivum activum. De activis dumtaxat : *rázént-at*, *érént-et*.

34—4—2. Diminutivum factitivum passivum. In exemplis iisdem : *rázént-at-ik*, *érént-et-ik*.

35—4—3. Diminutivum potentiale. De verbis iisdem : *rázént-hat*, *érént-het*.

36—4—4. Diminutivum factitivum activum potentiale. In iisdem exemplis : *rázént-at-hat*, *érént-et-het-ik*.

**B. 17** 37—4—5. Diminutivum factitivum passivum potentiale. De iisdem verbis : *rázént-at-hat-ik*, *érént-et-het-ik*.

38—5—1. Inchoativum factitivum activum. De neutrī tantum : *mohosod-tat*, *zöldell-tet*.

39—5—2. Inchoativum factitivum passivum. De verbis iisdem : *mohosod-tat-ik*, *zöldell-tet-ik*.

40—5—3. Inchoativum potentiale. In exemplis iisdem : *mohosod-hat-ik*, *zöldell-het-ik*.

41—5—4. Inchoativum factitivum activum potentiale. De iisdem verbis : *mohosod-tat-hat*, *zöldell-tet-het*.

42—5—5. Inchoativum factitivum passivum potentiale. In iisdem verbis : *mohosod-tat-hat-ik*, *zöldell-tet-het-ik*.

43—6—1. Continuativum factitivum activum. De neutrī : *pattog-lat*, *retteg-tet*. De activis : *forgat-tat*, *penget-tet*.

44—6—2. Continuativum factitivum passivum. De neutrī : *pattog-tat-ik*, *retteg-tet-ik*. De activis : *forgat-tat-ik*, *penget-tet-ik*.

45—6—3. Continuativum potentiale. De neutrī : *pattog-hat*, *retteg-het*. De activis : *forgat-hat*, *penget-het*.

**B. 18** 46—6—4. Continuativum factitivum activum potentiale. De neutrī : *pattog-tat-hat*, *retteg-tet-het*. | De activis : *forgat-tat-hat*, *penget-tet-het*.

47—6—5. Continuativum factitivum passivum potentiale. De neutrī : *pattog-tat-hat-ik*, *retteg-tet-het-ik*. De activis : *forgat-tat-hat-ik*, *penget-tet-het-ik*.

48—7—1. Frequentativum factitivum activum. De

activis : *kötöz-tet*, *kinálgat-tat*. De neutrīs : *ébredez-tet*, *óhajtoz-tat*.

49—7—2. Frequentativum factitivum passivum. De activis : *kötöz-tet-ik*, *kinálgat-tat-ik*. De neutrīs : *ébredez-tet-ik*, *óhajtoz-tat-ik*.

50—7—3. Frequentativum potentiale. De activis : *kötöz-het*, *kinálgat-hat*. De neutrīs : *ébredez-het*, *óhajtoz-hat-ik*.

51—7—4. Frequentativum factitivum activum potentiale. De activis : *kötöz-tet-het*, *kinálgat-tat-hat*. De neutrīs : *ébredez-tet-het*, *óhajtoz-tat-hat*.

52—7—5. Frequentativum factitivum passivum potentiale. De activis : *kötöz-tet-het-ik*, *kinálgat-tat-hat-ik*. De neutrīs : *ébredez-tet-het-ik*, *óhajtoz-tat-hat-ik*.

53—8—1. Mutativum factitivum activum. De activis : *készít-tet*, *fordít-tat*. De neutrīs : *készül-tet*, *fordül-tat*.

54—8—2. Mutativum factitivum passivum. De activis : *készít-tet-ik*, *fordít-tat-ik*. De neutrīs : *készül-tet-ik*, *fordül-tat-ik*.

55—8—3. Mutativum potentiale. De activis : *készít-het*, *fordít-hat*. De neutrīs : *készül-het*, *fordül-hat*.

56—8—4. Mutativum factitivum activum potentiale. De activis : *készít-tet-het*, *fordít-tat-hat*. De neutrīs : *készül-tet-het*, *fordül-tat-hat*.

57—8—5. Mutativum factitivum passivum potentiale. De activis : *készít-tet-het-ik*, *fordít-tat-hat-ik*. De neutrīs : *készül-tet-het-ik*, *fordül-tat-hat-ik*.

58—9—1. Minute citatum factitivum activum. De neutro tantum : *futkos-tat*.

59—9—2. Minute citatum factitivum passivum. Verbum idem : *futkos-tat-ik*.

60—9—3. Minute citatum potentiale. Idem exemplum : *futkos-hat*.

61—9—4. Minute citatum factitivum activum potentiale. Idem verbum : *fut-kos-tat-hat*.

62—9—5. Minute citatum factitivum passivum potentiale. Exemplum idem : *futkos-tat-hat-ik*.

**B. 20** 63—10—1. Intense continuativum factitivum. De activis tantum : *magaſtal-tat*, *ſzegdel-tet*, *keresgél-tet*.

64—10—2. Intense continuativum factitivum passivum. De verbis iisdem : *magaſtal-tat-ik*, *ſzegdel-tet-ik*, *keresgél-tet-ik*.

65—10—3. Intense continuativum potentiale. In exemplis iisdem : *magaſtal-hat*, *ſzegdel-het*, *keresgél-het*.

66—10—4. Intense continuativum factitivum activum potentiale. De iisdem verbis : *magaſtal-tat-hat*, *ſzegdel-tet-het*, *keresgél-tet-het*.

67—10—5. Intense continuativum factitivum passivum potentiale. De iisdem exemplis : *magaſtal-tat-hat-ik*, *ſzegdel-tet-het-ik*, *keresgél-tet-het-ik*.

68—11—1. Minutim continuativum factitivum activum. De activis : *vájkál-tat*, *faragtsál-tat*. De neutro : *járkál-tat*.

69—11—2. Minutim continuativum factitivum passivum. De activis : *vájkál-tat-ik*, *faragtsál-tat-ik*. De neutro : *járkál-tat-ik*.

70—11—3. Minutim continuativum potentiale. De activis : *vájkál-hat*, *faragtsál-hat*. De neutro : *járkál-hat*.

**B. 21** 71—11—4. Minutim continuativum factitivum activum potentiale. De activis : *vájkál-tat-hat-ik*, *faragtsál-tat-hat*. De neutro : *járkál-tat-hat*.

72—11—5. Minutim continuativum factitivum passivum potentiale. De activis : *vájkál-tat-hat-ik*, *faragtsál-tat-hat-ik*. De neutro : *járkál-tat-hat-ik*.

73—12—1. Intense frequentativum factitivum activum. De activis : *küldözget-tet*, *kérdegel-tet*. De neutro : *üldögel-tet*.

74—12—2. Intense frequentativum factitivum passivum. De activis : *küldözget-tet-ik*, *kérdegel-tet-ik*. De neutro : *üldögel-tet-ik*.

75—12—3. Intense frequentativum potentiale. De activis : *küldözget-het*, *kérdegel-het*. De neutro : *üldögel-het*.

76—12—4. Intense frequentativum factitivum activum potentiale. De activis : *küldözget-tet-het*, *kérdegel-tet-het*. De neutro : *üldögel-tet-het*.

77—12—5. Intense frequentativum factitivum passivum potentiale. De activis: *küldözget-tet-het-ik*, *kérdegel-tet-het-ik*. De neutro : *üldögel-tet-het-ik*.

78—13—1. Citatim frequentativum factitivum activum. De activis : *fogdos-tat*, *öldös-tet*. De neutro : *repdes-tet*.

79—13—2. Citatim frequentativum factitivum passivum. De activis : *fogdos-tat-ik*, *öldös-tet-ik*. De neutro : *repdes-tet-ik*. **B. 22**

80—13—3. Citatim frequentativum potentiale. De activis : *fogdos-hat*, *öldös-het*. De neutro : *repdes-het*.

81—13—4. Citatim frequentativum factitivum activum potentiale. De activis : *fogdos-tat-hat*, *öldös-tet-het*. De neutro : *repdes-tet-het*.

82—13—5. Citatim frequentativum factitivum passivum potentiale. De activis *fogdos-tat-hat-ik*, *öldöstet-het-ik*. De neutro : *repdes-tet-het-ik*.

83—14—1. Minutim frequentativum factitivum activum. De activis dumtaxat : *mérénget-tet*, *kapkod-tat*.

84—14—2. Minutim frequentativum factitivum passivum. De verbis iisdem : *mérénget-tet-ik*, *kapkod-tat-ik*.

85—14—3. Minutim frequentativum potentiale. De exemplis iisdem : *mérénget-het*, *kapkod-hat*.

86—14—4. Minutim frequentativum factitivum activum potentiale. De verbis iisdem : *mérénget-tet-het*, *kapkod-tat-hat*.

87—14—5. Minutim frequentativum factitivum passivum potentiale. In exemplis iisdem : *mérénget-tet-het-ik*, *kapkod-tat-hat-ik*.

88—15—1. Citatim intense frequentativum factiti- **B. 23**

vum activum. De activis tantum: *fogdosgat-tat*, *tsipdesget-tet*.

89—15—2. Citatim intense frequentativum factitivum passivum. Resumuntur verba eadem: *fogdosgat-tat-ik*, *tsipdesget-tet-ik*.

90—15—3. Citatim intense frequentativum potentiale. Eadem promuntur exempla: *fogdosgat-tat-hat*, *tsipdesget-tet-het*.

91—15—4. Citatim intense frequentativum factitivum activum potentiale. Redeunt verba eadem: *fogdosgat-tat-hat*, *tsipdesget-tet-het*.

92—15—5. Citatim intense frequentativum factitivum passivum potentiale. Producuntur exempla eadem: *fogdosgat-tat-hat-ik*, *tsipdesget-tet-het-ik*.

93—16—1. Minutim intense frequentativum factitivum activum. De activis: *faldokol-tat*, *érdekel-tet*. De neutris: *füldokol-tat*, *esdekel-tet*.

94—16—2. Minutim intense frequentativum factitivum passivum. De activis: *faldokol-tat-ik*, *érdekel-tet-ik*. De neutris: *füldokol-tat-ik*, *esdekel-tet-ik*.

95—16—3. Minutim intense frequentativum potentiale. De activis: *faldokol-hat*, *érdekelhet*. De neutris: *füldokol-hat*, *esdekel-het*.

**B. 24** 96—16—4. Minutim intense frequentativum factitivum activum potentiale. De activis: *faldokol-tat-hat*, *érdekel-tet-het*. De neutris: *faldokol-tat-hat*, *esdekel-tet-het*.

97—16—5. Minutim intense frequentativum factitivum passivum potentiale. De activis: *faldokol-tat-hat-ik*, *érdekel-tet-het-ik*. De neutris: *füldokol-tat-hat-ik*, *esdekel-tet-het-ik*.

98—17—1. Reflexum factitivum activum. De reflexo neutro activo: *gyönyörköd-tet*, *tsodálkoz-tat*. De reflexo neutro passivo: *gyötörd-tet*, *nyújtóz-tat*.

99—17—2. Reflexum factitivum passivum. De reflexo neutro activo: *gyönyörköd-tet-ik*, *tsodálkoz-tat-ik*. De reflexo neutro passivo: *gyötörd-tet-ik*, *nyújtóz-tat-ik*.

100—17—3. Reflexum potentiale. De reflexo neutro activo : *gyönyörköd-het-ik*, *tsodálkoz-hat-ik*. De reflexo neutro passivo : *gyötöd-hetik*, *nyújtóz-hat-ik*.

101—17—4. Reflexum factitivum activum potentiale. De reflexo neutro activo : *gyönyörköd-tet-het*, *tsodálkoztat-hat*. De reflexo neutro passivo : *gyötöd-tet-het*, *nyújtóz-tat-hat*.

102—17—5. Reflexum factitivum passivum potentiale. De reflexo neutro activo : *gyönyörköd-tet-het-ik*, | *tsodálkoztat-hat-ik*. De reflexo neutro passivo *gyötöd-tet-het-ik*, *nyújtóz-tat-hat-ik*. B. 25

### C. ANIMADVERSIO IN ERRORES.

Formativorum vi interna rite expensa, et alia exacte ab alia seuincta, tot sunt revera in lingua nostra verborum species, quot numeratas dedimus, centum duae (102), clare inter se distinctae, ac plane diversae : de quibus non paucae magna sunt frequentia, nonnullae vero exemplis rarioribus, quaedam omnino rarissimis. Exempla, quae adduximus, sunt omnia usu communi constabilita. Insolens est in his hodie neutrorum dumtaxat factitiva formatio passiva : sed hanc loco suo iam satis probavimus et veterum auctoritate, et evoluta factitiae formationis natura.

Species verborum, quas Kalmárus enumerat, duabus ponuntur plures, quam sint nostrae, centum quatuor (104). Sed in hac summa, ita exaggerata, ingentes sunt tenebrae, ingens hallucinatio. Bonus Kalmárus erat quidem vir mire diligens in suo studio, sed infelix etiam, sine iudicio, omnia confundens, et eo cumprimis vitio notabilis : quod linguam nostram non talem conatus est explicare, qualis | ea in se est ; sed qualem ipse sibi B. 26 effinxit imaginatione parturiente. Horridus est quam maxime in augendis verborum speciebus. Perpetuae sunt in ore eius formae Hebraicae, usu infausto, et summe

noxio : ut ignorantes facile putent eadem esse in Hebraea quoque lingua verborum monstrar ; quae ille nostrae affingit temerarie, et quam liberalissime.

Non contentus *hiphil* simplici, seu factitivo simplici, id ille promit non solum duplicatum, verum triplicatum etiam. Primo (Prodromi pag. 126.) *hiphil duplicatum* explicat actionem per secundum agentem, ut *ir-at-tat*: deinde (pag. 129.) *hiphil triplicatum* explicat actionem, quam *tertius agens* exequatur, ut *ir-at-tat-tat*. Habet ille talia etiam passiva. Occurrit certe (pag. 126.) *kötöz-tet-tet-ik*, *oldoz-tat-tat-ik*; deinde *kötöz-tet-tet-tet-ik*, *oldoz-tat-tat-tat-ik*. Recurrit labes eadem saepius aliis etiam exemplis horrificis. Nos diligenter exposuimus loco suo, et usum linguae nostrae, in factitivis tam activis, quam passivis, et ipsam horum naturam intimam. Vitiosa est in his vel sola geminatio, triplicatio vero prorsus monstrosa.

Dat ille verba reflexa neutro passiva omnino terriblica, contra omnem linguae analogiam (pag. 130.) :  
**B. 27** *újít-tat-ód-ik*, *kézsít-tet-ód-ik*; *ir-at-tat-ód-ik*, | *gyötr-et-tet-ód-ik*. Dat eadem cum factitivo geminato, ut ille ait *hitpahel cum hiphil duplicato* (pag. 131.): *kinlód-tat-tat*, *gyötrőd-tet-tet*; *imádkoz-tat-tat*, *emlékez-tet-tet*.

Non fert lingua nostra, secunda utique formativis: ut haec in iisdem verbis eadem repetantur. Hoc tamen audet Kalmárus, exemplis non paucis, lingua nequidquam reclamente, et gemente: estque hoc ipsi significantissimum, est longe significantissimum (pag. 132. et 133.): *for-gat-tat-gat*, *zer-get-tet-get*; *oldoz-gat-tat-gat*, *kötöz-get-tet-get*; *oldoz-gat-tat-gat-tat-ik*, *kötöz-get-tet-get-tet-ik*.

Taedet me alia proferre de infelici hac summa: quae monstris tantum vocabulorum aucta est; quibus resectis, paro sincera vix aliqua est futura, ea etiam nullo recto ordine proposita, miserum in modum turbata.

Et meus post hunc viae ducem Gyarmathius, Lin-

guae Hungaricae Magister Philosophus (Okoskodva Tanító Magyar Nyelvmester. pag. 190. et seqq.), etsi quaedam emendationa interserat, potiora tamen deliria retinet fidelissime in productis verborum speciebus centum et una (101). Sic et ipsi placet linguae nostrae copiam, non modo stupendam, verum etiam portentosam ostendere. Hoc nempe exterorum movet admirationem, et nobis gloriam dat invidiosam !

---

## SECTIO SECVNDA DE NOMINVM DERIVATIONE.

---

### NOTIONES PRAEVIAE SPECIALES.

#### §. I.

#### ORDO EXPLANATIONIS.

**B. 28** Nomina primitiva, substantiarum nempe, etiam qualitatum, abstracte, et concrete sumtarum, signa simplicia, sunt in lingua nostra omnino copiosa. Sed incredibiliter excedit derivatorum multitudo, et primitivorum, seu radicum fonte uberrima, et derivandi varietate admirabili. Iam ista conor expedire.

Ordinem in hoc labore sequor, quem non tam consilio, quam necessitate delegi: primum substantiva explico, deinde adiectiva, postremo diminutiva, quae fiunt de utrisque. Successiva enim horum derivatio ex una vocum specie varie transit in aliam: ex verbis fiunt substantiva varia; ex substantivis postea verbalibus, et aliis substantivis primitivis, et derivatis formantur adiectiva; ex his porro adiectivis iterum substantiva. In his derivationibus etsi ordo **B. 29** sit analogiae: ordo tamen explanationis | non facile conciliatur. Illum mihi proposui, quem dixi, non prorsus male: quia priora sunt in grammaticis explanationibus substantiva, adiectiva autem posteriora;

et recte sequuntur diminutiva de utrisque nata. Ordo analogiae patescit tamen quam clarissime: cum omnia plene fuerint explanata.

## §. II.

### FORMATIVORVM RATIO.

Sunt etiam inter nominum formativa iquaedam hodie usu rariora: alia vero frequentiora; nonnulla frequentissima. Pleraque sunt praeterea simplicia; dantur vero et composita non prorsus pauca intermixta.

Formativa substantivorum sunt tredecim, quae ea tantum de verbis derivant, hoc ipso verbalia dicenda: alia, quae eadem de verbis, et nominibus deducunt, duodecim numerantur; undecim vero formant ea tantum de nominibus. Universim sunt ergo triginta sex, praecolla sane copia, etsi non eadem frequentia, ad foecundam derivationum varietatem.

Adiectivorum formativa sunt tredecim. Horum aliqua, usu frequentiora, mire iuvant derivatis suis primitivorum adiectivorum apparatum in lingua nostra non mediocrem.

Diminutivorum formativa quatuor habemus: duo **b. 30** simplicia, et unum ex his compositum; iterum simplex unum, et idem suae consonae geminatione auctum.

Observavimus ad derivanda verba quam plurima, praesertim de primitivis seminibus simpli-

cissimis, adhibita fuisse verba simplicia, sono vario, de primis linguae primigeniae dialectis, dupli potissimum significatione, *est*, *fit*, deinde *facit*, *agit*, *operatur*. Ita increvit apud nos etiam substantivorum ingens copia. Partim enim eadem haec formativa verborum, partim alia sunt assumta, primitivis affigenda, sono vario, idem fere significantia, sed hic iam nominis valore exprimenda, *ens*, *res*, *factum*, *opus*, *perfectum*, *absolutum*.

Sed quemadmodum in verbis, ita etiam in nominibus, dantur formativa aliis quoque significationibus: quibus notiones secundariae, primariis adiectae, varie exprimuntur. Horum aliqua eluent iam in substantivis: sed in adiectivis regnant potissimum, et in diminutivis.

Diligentia mea eo est progressa: ut huiusmodi formativa, etiam rarissima, quae duobus summum **B. 31** exemplis superessent, darem quam fidelissime | erudata. Pauca neglexi, et ea singularibus tantum exemplis: quae, in affinium linguarum collatione, utique recurrunt; et mutatae, vel additae literae rationem, quae nobis formativa videtur, pulchrae explicant.

## CAPVT PRIMVM.

### DERIVATIONES SVBSTANTIVORVM.

Ordior iam derivationes substantivorum, secundum indicatas radicum classes: de quibus certa formativa sua faciunt derivata.

## §. I.

## DE VERBIS TANTVM.

Fiunt substantiva, ut iam dixi, de verbis tantum per formativa copiosa: quorum natura evoluta vim derivatorum claram reddit. Sunt ea usu hodierno pauca frequentissima, pauca frequentiora, plura autem rariora.

## A. PER FORMATIVA FREQUENTISSIMA.

## 1. ÁS, ÉS.

Primum formativum, vocali propria, est és, ea congruenter mutata ás, genuina significatione *actio*. In lingua nostra est omnium fertilissimum. Derivat enim de omni verborum genere, et specie, substantiva verbalia, ut vulgo vocantur, *actionis*. Notat habitudinis illius, quae quovis verbo indicatur, ipsam actionem. Sic | de verbo *kér*, petit, formatum *kér-és*, B. 32 genuine est petendi actio; de *vár*, exspectat, *vár-ás*, exspectandi actio. De *fél*, metuit, *fél-és*, metuendi actio; *fut*, fugit, *fut-ás*, fugiendi actio. De verbo *gyönyörköd-ik*, deliciantem se praebet, est *gyönyörköd-és*, deliciantem se praebendi actio; de *bátorkod-ik*, animosum se praebet, *bátorkod-ás*, animosum se praebendi actio.

Talia sunt Latinorum nomina verbalia a supinis formata, *um* in *io* mutato. Nostra etiam pleraque sic vulgo redduntur: quaedam aptiora sunt expressione alia. Hoc videre licet in exemplis iam

adductis : petitio, exspectatio, metus, fuga, oblectatio, animositas.

Verba quae *sz* consonam habent evanescentem, pro hac halitum accipiunt obscurum, accedente hoc formativo : *te-v-és*, *ve-v-és*, *vi-v-és*, *hi-v-és*; *e-v-és*, *i-v-ás*, *al-uv-ás*, *fek-üv-és*, vel etiam contracte, *al-v-ás*, *fek-v-és*, sic et alia. Audiuntur derivationum exempla singularia, veterum usu probata : *áldom-ás*, benedictio, vulgo mercipotus; *hagyom-ás*, commissio, iussum; *kérem-és*, petitio; *lelem-és*, inventio; quae praemittunt verborum formationes, *áld-am-ik*, *hagy-am-ik*, *kér-em-ik*, de simplicissimis *áld*, *kér*, *lel*. Mira |

**B. 33** linguae nostrae fertilitas, mira etiam efficacia ! Cogitationum tot illae modificationes in verbis feliciter expressae, possunt singulae etiam substantivis exprimi : hic quidem substantivis actionis ; alibi vero aliis, ut mox videbimus, absolutis, perfectis, ab actione abstractis.

Nostro hoc formativo utuntur Turcae ut vocabulo separatim sumto. Utuntur eo nominis valore forma nudissima: *es* et *is*, significatione uberior exposita, actio, opus, labor, res, negotium. Adhibent idem et verbi valore, forma simplici, *es-mek*, agere; auctiore *is-le-mek*, agere, operari; forma factitiva *is-let-mek*, facere, ut quis operetur; et sic porro formis aliis. — Et, quod rem nostram mire illustrat, ac solide confirmat, utuntur iidem ipso hoc vocabulo etiam ut formativo, ad derivanda de verbis substantiva omnino actionis. Nomen verbale actionis, Meninszkii sunt haec verba, habent Turcae in *is*. Sed exempla contraho: *sew-is*, amatio; *bak-is*, adspectio; *al-is wir-is*, acceptio, et datio, seu commercium, ut nos quoque

**B. 34** dicimus, *adás-vevés*, sunt a verbis sequentibus: | *sew-mek*,

amare, *bak-mak*, adspicere, *al-mak*, *wir-mek*, accipere, dare, id est, emere, vendere. Deinde *gid-iš*, itio, a *gitmek*, ire; *gel-iš*, adventus, a *gel-mek*, venire; *wur-iš*, percussio, a *wur-mak*, percutere; quae cum nostris aperte conveniunt, *jö-v-és*, *kel-és*, *ver-és*. Etiam Persis, ut idem Meninszkius docet, actio exprimitur per nomen desinens pariter in *iš*: *bin-iš*, visio, a *bin*, vide; *asa-iš*, quies, ab *asaj*, quiesce: *sita-iš*, laudatio, ab *sitaj*, lauda.

## 2. AT, ET.

Iam secundum formativum est explanandum, propria vocali *et*, ea accommodata *at*, vera significatione *perfectum, absolutum*. Est et hoc suis derivationibus foecundissimum. De omni verborum genere, et specie, cum quadam tamen exceptione, in verbis certe irregularibus, et nonnullis aliis, derivat et hoc substantiva verbalia, sed perfecta, absoluta, ab omni actione iam abstracta. Qualia Latini pleraque praeterito participio exprimunt in genere neutro, vel formis aliis ab actione aequo abstractis: ex. gr. *scriptum, decretum, dictum, responsum, | visus, aspectus*; **B. 35** *amor, horror; molimen, tentamen, et alia.*

Horum usus antiquis nostris scriptoribus erat multo familiarior, quam hodiernis. Frequentissima sunt eorum exempla in Codice M. S. Transl. Bibl. de quo lubens profero quaedam singularia.

In his est *ajánl-at*, oblatum, oblatio, ab *ajánl*, offert, commendat; *bajnakl-at*, lucta, luctatio, a *bajnakol*, luctatur; *tzimerl-et*, titulus, a *tzimerel*, titulum dat, facit; *tseppen-et*, stilla, a *tseppen*, stillat; *egyesüll-et*, unio, coniunctio, ab *egyesüll*, unitur, coniungitur; *énekl-et*, cantus, ab *énekel*, cantat; *hálál-at*, grates, gratiae, gratiarum

actio, ab *hálál*, gratias agit; *léletez-et*, langor, a *léletez*, languet; *pillant-at*. proprie nictus, translate momentum, a *pillant*, nictat; *ölel-et*, amplexus, ab *ölel*, amplectitur; *örökl-et*, haereditas, ab *örököl*, haereditat; *rémüll-et*, horror, a *rémüll*, horret; *roml-at*, ruina, a *romol*, ruit; *zarándokl-at*, peregrinatio, a *zarándokol*, peregrinatur; *vétklez-et*, delictum, a *vétklez-ik*, delinquit.

Notiora sunt *fal-at*, bolus, offa, res, quae deglub.  
**B. 36** titur, a verbo *fal*, sublabrat, glutit; *akar-at*, | voluntas, ab *akar*, vult; *él-et*, vita, ab *él*, vivit; *felel-et*, responsum, a *felel*, respondet.

Idem est hoc formativum, quod in verborum inflexione facit praeteritum secundum, quodque eo loco satis evolutum exhibui (Vol. II.). Confirmat hoc ipse etiam usus istorum omnino praeteritorum: quae in lingua nostra saepissime pro nominibus substantivis, his similibus, perfectis nempe et absolutis, rara cum elegantia sumuntur, praesertim aucta affixis pronominibus personalibus. Talia sunt haec aliqua: *teljesítsd kivántomat*, comple desiderium meum; *meglakolta tettét*, luit factum suum; *botsásd meg mi nekünk a' mi vétettünket*, dimitte nobis delictum nostrum.

#### B. PER FORMATIVA FREQUENTIORA.

##### 1. ÉK.

Formativum e frequentioribus primum, vocali nunquam variata et ea producta, est *ék*, significatio genuina | *perfectio, consumatis*. Facit de multis verbis activis, et neutris, substantiva verbalia, perfecta, absoluta, ab omni actione abstracta, talia fere,

qualia sunt *et* formativo nata, Latine pleraque certe sic reddenda.

Exempla dantur prima de verbis activis, quae simplicia sunt, vel vulgo pro simplicibus habentur. Sic *fest-ék*, color, de *fest*, colorat; *íz-ék*, pabulum, demansum, reliquiae pabuli, demansi, ab exoleto verbo, *íz-om*, *íz-od*, *íz-za*, mastico, mando, comedo; *fenyít-ék*, comminatio, displicina a *fenyít*, comminatur; *hasít-ék*, lacinia, ab *hasít*, scindit; *rekeszt-ék*, clausula, clausura, a *rekeszt*, claudit, inclaudit; *ragaszt-ék*, affixum, annexum, conglutinatum, a *ragaszt*, affigit, annectit, conglutinat; *fatsar-ék*, contortum, expressum, a *fatsar*, contorquet, exprimit; *kever-ék*, mixtum, mixtura, a *kever*, miscet.

Clarum est porro, quaedam huiusmodi substantiva fieri etiam de activis factitivis. Certe *nyomtat-ék*, additamentum ad pondus complendum, pressionem faciens res, est de *nyom-tat*, premi facit.

Ad huius analogiam sunt alia: *fogyat-ék*, decrementum, residuum, faeces, defectum faciens res; sic *fonat-ék*, concinnum, contortum; *mos-at-ék*, | illuvies, B. 38 proluvium; *vág-at-ék*, sectura, resectamentum. In *ér-t-ék* est contractio de integro *ér-et-ék*, valorem faciens res, facultas, de *ér-et*, valere facit.

Sequuntur altera de neutrīs: *ját-ék*, lusus, de antiquo *ját-ik*, de quo postea factum *ját-usz-ik*, et contractum *ját-fz-ik*, ludit; *akad-ék*, impedimentum, remora, obstaculum, ab *akad*, impedit; *halad-ék*, dilatio, cunctatio, mora, ab *halad*, cunctatur, moratur; *marad-ék*, residuum, reliquum, reliquiae, a

*marad*, manet, remanet; *söpped-ék*, uligo, eluvies, a *söpped*, subsidit, submergitur.

Formativum *ék* in derivatis ultro sentitur ea esse vi, quam exposui. Sed tanto sumus confirmatores in sententia: quod vocula eadem reperiatur apud Lappones, eadem omnino significatione. Est enim his verbum *aik-et-et*, perficere, consumare: de quo resecta infinitivi terminatione *aik-et* iam est finitum, perficit, consumat; imo | **B. 39** partibus genuine expressis, perfectionem-facit, consumptionem-facit; avulso demum etiam *et* formativo verborum, nobis cum Lapponibus communi, *facit*, ut loco suo vidimus, residuum *aik*, in ore nostro *ék*, est perfectio, consumatio, perfectum, consumatum.

## 2.

## LÉK.

Secundum de frequentioribus formativum eadem semper vocali producta, est *lék*; compositum ex *le*, radice verbi iam aucti, *le-sz-en*, et ex *ék* modo tantum explanato; expressione hic accommoda, *ens*, seu *res perfecta*, *ens*, seu *res consumata*. Priore minus frequens, substantiva facit absoluta de verbis potissimum activis, interserta connectente vocali euphonica; quaedam etiam de participiis directa affixione.

Sic de verbo activo, *föz*, coquit, est *föz-e-lék*, proprie coctione res perfecta, expressione communi, pulmentum, edulium coctum, cibus elixus; de *köt*, ligat est *köt-e-lék*, ligamentum, retinaculum; de *söpör*, scopat, quod contractionem amat, est *söpr-e-lék*, purgamen, purgamentum, quisquiliae; de *tart*, servat, tenet, est *tart-a-lék*, retinaculum, detentio;

de *told*, addit, supplet, resarcit, est *told-a-lék*, additamentum, supplementum, assumentum, appendix. De verbo neutro *áz-ik*, | madet, humectatur, est *áz-a-lék*, proprie ad humectandum res perfecta, vulgo **40** obsonium, libamentum.

Deducta de particiis vix occurrent plura, quam ista, quae hic promo. De *eső*, cadens, deciduus, *eső-lék*, decidua res consumata, recisamentum, ramen-  
tum; de *apró*, minutus, est *apró-lék*, minuta res consumata, minutiae; de participio formae antiquae *morsa*, mica, est *morzsa-lék*, mica res consumata, mica, fragmentum.

Frequens est apud Turcas formativum *lik*, nostro *lék* sono simile: quod de adiectivis et multis substanti-  
vis, facit substantiva abstracta. Sic ab adiectivo *ak*, al-  
bus, est *ak-lik*, albedo; a *sagh*, sanus, est *sagh-lik*, sani-  
tas. Similiter a substantivo *padisah*, rex, vel imperator,  
fit abstractum *padisah-lik*, regnum, imperium, regia vel  
imperatoria dignitas.

### C. PER FORMATIVA RARIORA.

#### 1. AG, EG.

Formativum de rarioribus primum, vocali con-  
gruenter variata, est *ag*, *eg*. In derivationibus de  
verbis claris habet potissimum vim iterationis; est-  
que prorsus idem, quod inter verborum formativa  
recurrat. Sed in nonnullis exemplis aliam insinuat  
vim: quae sic | redi debet, ut in adiectivis simili **41**  
formativo derivatis, praeditus, constans.

Exempla ad priorem explanationem. Nomen

*hervad-ag*, est pallor, marcior, languor continuus, vulgo flacciditas, marcior, languor, a verbo *hervad*, marcet, flacchet, languet; *rothad-ag*, putredo, putrefactio continua, vulgo putredo, putrefactio, a verbo *rothad*, putrescit; *refzket-eg*, tremor continuus, trepidatio, a verbo *refzket*, tremit, trepidat; *viszket-eg*, pruritus continuus, pruritus, a verbo *viszket*, prurit; *tsill-ag*, micatio, coruscatio continua, vulgo stella ab antiquo verbo *tsill*, micat, coruscat.

Exempla ad posteriorem explanationem, vix duobus plura. Primum est *afzt-ag*, significatione latiore, congeries, strues, cumulus, acerbus; ea vero restricta, meta tritici, frugum acervus; de verbo antiquo *afzt*, fruges collegit, frumentum comportavit; ut sic derivati notio propria sit, frugum collectione praeditum, frugum collectione constans. Alterum est *fér-eg*, vulgo vermis, proprie comminutione, friatione praeditus, a verbo exoleto *fér*, comminuit, friat.

**B. 42** Sunt hac terminatione complura substantiva; sed quae non possunt omnia pro derivatis haberis, praesertim, quae, in linguis affinibus iam sic occurunt. Vocem *méreg* male quis separaverit: ut *mér* radicem faciat, et *eg* formativum. Esthones enim sic eam habent monosyllabo expressem *mürk*, Gift, venenum: nos quoque sic olim diximus *mérg*, serius resolvimus pronunciatu faciliore *méreg*.

**B. 43** Neque nomen *kéreg* feret resolutionem. Est enim Chaldaeis, et Syris, verbum *kerak*, involvit, circumdedit, velavit; idem nominis valore involucrum, velamen. Hoc

ipsum, in ore nostro *kéreg*, nobis est cortex, arboris nempe involucrum, velamen.

Sed *fōveg*, capitium, aperte ostendit compositionem: cuius solutio mea opinione ista est, capitis supellex. Nam *fō* est caput, et *eg* supellex; cum *haga* Hebraicum, quod postea recurret, sit etiam supellex.

2.

AL, EL.

Formativum de rarioribus secundum, vocali propria, est *el*, ea accommodata *al*; ipsum *le*, radix verbi iam aucti *le-fz-en*, vocali hic praemissa; participii, et nominis valore, *ens*, *res*. Pauca habet derivata, de verbis tantum irregularibus, ea quoque formatione iam secunda de nominibus absolutis, praemissa formativi *et* affixe, plerisque et hodie usitatis. Accessit his ad intensionem, et ad clarius discrimen.

Sic de ipso *le*, radice verbi iam aucti *le-fz-en*, factum est *lét*, ens perfectum, existentia, essentia: usu et hodie frequens, *a' dolog léte*, rei existentia, rei essentia; auctum est postea sui ipsius accessione ad se, *lét-el*, accepta vi intentiore, ens perfecta, res, existentia, | factura, opus. Talia erant, et b. 44 sunt partim nunc quoque, *tét*, *vét*, *vit*, *hit*, factum, sumtum, ablatum, fides, de primis radicibus verborum *te-fz-en*, *ve-fz-en*, *vi-fz-en*, *hi-fz-en*. Postea increverunt pariter et ipsa *el* formativo, quo vigent hodieque, significatione hic ipsis adiecta tantum vulgari, intima per se iam nota: *tét-el*, factura, opera, positio, positura; *vét-el*, sumtio, acceptio, emtio;

*vit-el*, latio, portatus, vectura; *hit-el*, fides et creditum.

Nomen *hit* notissimum. Est vero et *vét* in usu, sed in compositione, *hús-vét*, proprio carnis sumtio. Paschatis nomen a nostris inde acceptum: quod vero ieiunio tunc cessante carnis esus resumatur.

Sic praecesserunt formationes priores *ét*, *it*, *esus*, potus, de primis radicibus verborum *e-fz-ik*, *i-fz-ik*, edit, bibit; et facta sunt demum nomina auctiora accepto *el* formativo: *ét-el*, cibus, cibatus, obsonium, *it-al*, potus, potio, haustus.

Nomina *men-et*, et *jöv-et*, hodie quoque usitata, accepto hoc incremento significationem priorem certe intendunt: *men-et-el*, meatus, incessus, gressus: *jöv-et-el*, adventus, redditus. Huc pertinet  
**B. 45** *hiv-at-al*, vocatio, officium, | munus, praemissa formatione *hiv-at*, hodie iam exoleta, de verbo *hí*, cum halitu *hív*, vocat.

## 3.

## ÁL, ÉL.

Tertium de rarioribus formativum, vocali propria, est *ál*, ea congruenter mutata *él*: quod recurrat inter formativa verborum, sed hic nominis valore sumendum, *factum*, *opus*, *res*. Facit substantiva absoluta, pauca admodum, de verbis activis, et neutris.

Sic de *fon*, net, filat, est *fon-ál*, proprio nendo *factum*, vulgo *filum*; de *hal*, moritur, est *hal-ál*, moriendo *factum*, ipsa mors; de *fed*, tegit, est *fed-él*, tegendo *factum*, *tectum*; de *köt*, ligat, est *köt-él*, ligando *factum*, *ligamentum*, *funis*; de antiquo *lev*,

quod dedit continuativum *lev-eg*, palpitat, fluitat, motitatur, est *lev-él*, ffuitans res, folium usu communis.

## 4. AM, EM, ÖM,

## ETIAM PRODVCTA VOCALI ÁM.

Formativum de rarioribus quartum, vocali iam accommodata, *am*, *em*, *öm*, ea nonnullis exemplis etiam producta, *ám*, est omnino idem, quod inter verborum formativa primum prodiit. Sed hic nominis valore exprimendum, *opus*, *factum*, *actio*, *res*, *negotium*, etiam *locus* ipse, | in quo sit actio verbo **B. 46** indicata.

Raro hodie usu, et exemplis paucissimis superstes: *foly-am*, fluxus, de *foly*, fluit; *kel-em*, traiectus, de verbo *kel*, traicit amnem, fluvium; genuina significatione fluendi actio, etiam ipsa res fluens; traiciendi actio, et locus traiectus.

Sic de *kell*, placet, est *kell-em*, placentia, libentia, placiditas; de antiquo *ör*, gaudet, est *ör-öm*, gaudium. De nomine *ér*, pretium, valor, meritum, factum olim verbum, *ér-ed*, idque postea contractum *ér-d*, pretium, valorem, meritum habet: de hoc substantivum more antiquo natum *ér-ed-em*, et *ér-d-em*, quod hodieque superest, et meritum notat. Pauca sunt exempla etiam formativi vocali producta: *hull-ám*, recidua res, fluctus, a verbo *hull*, cadit, decidit, recidit; *tsill-ám*, micatio, coruscatio, ab antiquo *tsill*, micat, coruscat; *vill-ám*, fulgur, coruscamen, ab exoleto *vill*, fulgurat, coruscat.

Productae vocalis rationem puto in eo situm, quod ista exempla videantur a primitivorum participiis esse deducta, concursu vocalium, et earum concretione : *hull-ó-am*, *hull-ám*, *tsill-ó-am*, *tsill-ám*; *vill-ó-am*, *vill-ám*; clarissima tum expressione, recidens res, micans res, coruscans res. Hoc | formativum, nominis valore uberius expressum, est revera nostrum *miv*, vel *müv*, opus, opera, opificium. Convenit cum Hebraico *mi*, quod mox sequetur, et in formationibus notat actionem, locum, instrumentum. Confirmatur voce Lapponica *åme*, more nostro expressa, vocali in fine absorpta, *am*, *om*: cuius significatio est res, negotium.

Lappones etiam hoc ipso formativo, sed nostro more ad finem affixo, frequentissima, imo perpetua adhibent actionis substantiva aequa de verbis deducta. Sic ab *arj-ot*, parcere, indulgere, in quo est radix nostra *irg*, de quo fuit olim *irg-at*, est Lapponum *arj-om*, indulgentia. Ab | *assu-et*, arescere, quod habet nostrum radicem *a/z*, est *assu-em*, arescentia. Ab *el-et*, vivere, in quo clare audimus nostrum *él*, est *el-em*, vita. Ab *hast-et*, provocare, quod congruit cum nostro *ufzit*, est *hast-em*, provocatio. Sic ab aliis, quae cum nostris non convenient: ex. gr. a *jukk-et*, bibere, potare, est *jukk-em*, bibitio, potatio; a *kerd-et*, geminare, duplicare, est *kerd-em*, geminatio, duplicatio; a *lakkan-et*, appropinquare, est *lakkan-em*, appropinquatio.

Est haec formatio etiam Turcis usitata: *bić-im*, scissio, a radice *bić*, verbi *bić-mek*, scindere; *ić-i-üm*, potus, haustus, a radice *ić* verbi *ić-mek*, bibere; *öł-üm*, mors, a radice *öł*, verbi *öł-mek*, mori. Haec nostris sono et significatione convenire, quisque Hungarus ultro observat.

Tanto certius est, hanc formationem et nostris maioribus olim fuisse usitatissimam: sed, invalescentibus formationibus aliis, idem experimentibus, ea sensim rarer

facta est, ac prope exoleta. Cantilena de Ingressu Maiorum nostrorum, satis mature conscripta, habet adhuc vocem *kelem*, et *tetem*, vel *tétem*, apparentia. Sed Scriptores posteriores, ex. gr. Joannes Thurotzius, et Stephanus Székelyius, pro *| kelem* iam *kelény* habent. Serius vero **B. 49** et hoc cedere debuit formae magis acceptae *kelet*. Mutatum est etiam *tetem*, vel *tétem*, in *tetény* vel *tétény*, penitusque periit demum et hoc ex usu communi. Ubi superest in vici nomine *Tétény*, prorsus non intelligeretur, quid significet: nisi Catilenae rarissimae implexus hic versiculos studiosius fuisse evolutus, tam nostrae linguae antiquae, quam etiam Lapponicae, et Esthonicae auxilio.

### 5. ÁNY, ÉNY.

Formativum quintum, aequa rarum hodie, vocali congruenter mutata, est *ány*, *ény*; significatione eadem, quam habet prius formativum, *res*, *negotium*, et *locus actionis*.

Nam eadem nomina, quae aetas superior adhibuit cum formativo priore, *kelem*, *tetem*, posterior cum hoc altero usurpavit, significatione prorsus eadem, *kelény*, *tetény*. Quamquam fuit hoc etiam superiori aetati notum, et usu adhibitum promiscuo, vel certe tribui uni usitatius, quam alteri.

Sic de verbo *köt*, ligat, formatum est *köt-ény*, res ad ligandum, vulgo antipendium; de *vág*, scindit, secat, est *vág-ány*, scissio, sectura, res secta...

### 6. ASZ, ESZ.

Sequitur sextum de rarioribus formativum, vocali propria *esz*, ea congruenter mutata *asz*: quod

est inter verborum formativa, et alibi iam saepe indicatum, ipsum verbum substantivum sibilans, sed hic nominis valore praeditum, *ens, res*. Substantiva facit et hoc absoluta, pauca admodum, de verbis monosyllabis, et de primis auctorum verborum seminibus.

De verbo claro *dug*, occultat, abscondit, stipat, obturat, est *dug-a/z*, proprie obturans res, obturamentum. De primis seminibus iam satis dictum est, ea principio et nomina, et verba valuisse. Recurrit in verborum derivatione exemplum, usu Hebraico illustratum, *tám*, sustentat, et sustentaculum; de hoc est *tám-a/z*, sustentans res, sustentaculum. Evolvitur *tap*, cum significatione propria, palma, manu distendit, conformat, nostro usu lutum in trullisando: de quo est *tap-a/z*, palma conformata res, lutamentum.

Sic tuto explicamus et alia, certe per analogiam, licet obscura: *ret-e/z*, repagulum, vectis, pessulus; *rek-e/z*, claustrum, excipula, sepimentum, seclusio; *er-e/z*, proiectura tecti, porticula; de seminibus *ret*, claudit, ligat, *rek*, iterum claudit; *er*, progreditur, procedit, ut sunt eorum derivata, *rek-ed*, *er-ed*. De verbo *vál-ik*, separatur, discernitur, est *vál-a/z*, discriminatio, distinctio, relatio, responsio, proprie et hoc, ut alia, discriminata res, distincta res.

## 7. TSŐ, TSÓ, ET ASYLLABVM TS.

Formativum septimum rarissimum vocali expressa, *tső*, *tsó*, ea vero absorpta asyllabum *ts*, aliquanto crebrius, hac est significatione, *res, aliquid*.

Facit substantiva absoluta de verbis, quaedam etiam de participiis.

Expressa vocali duo memini talia substantiva *lép-tsō*, res ad gradiendum, gradati lapides, gradaria semita, a verbo *lép-ik*, graditur; et *hág-tsó*, res ad scandendum, scalae gradus, a verbo *hág*, scandit, ascendit.

Aliquanto plura sunt exempla formativi asyllabi. Et prima quidem de verbis: *teker-ts*, contorta res, cesticillus, arculus, de verbo *teker*, torquet, obtorquet; *habar-ts*, agitata, mixta res, ut sunt iuscula quaedam, et hoc a verbo *habar*, agitat, miscet; *vakar-ts*, rasa res, rasura, a verbo *vakar*, friat, radit. Alia de participiis: *kenō-ts*, res unguens, unguentum, de *kenō*, et hoc de *ken*, ungit; *forgá-ts*, res versa, segmentum, fragmentum, secamentum, quod inter secundum se versando decidit, de *forgó*, et hoc de *forgog*, versatur, volvitur.

## 8. TAG, TEG.

Formativum e rarioribus octavum, propria vo- B. 54  
cali est *tag*, ea congruenter mutata *teg*; significatione genuina *factum, opus, res, negotium*. Derivat quaedam substantiva absoluta de verbis tantum, et in affixione exposcit connectentem vocalem euphonicam.

Sic de *fú*, flat, est *fú-a-tag*, proprie flans res, flabrum, etiam procella; de antiquo *siv*, horruit, tremuit [!], est *siv-a-tag*, horrida res, horrendum, horror; de *leng*, fluitat, est *leng-e-teg*, fluitans res, instita; de exoleto *ferg*, saevit, riget, est *ferg-e-teg*,

saeviens res, procella, tempestas, intemperies; de *reng*, tremit, intremet, est *reng-e-teg*, intremens res, densa, et ingens silva; de *tserg*, strepit, est *tserg-e-teg*, strepens res, fluentum, fluviolus, rivulus; de **B. 55** *vetusto pöf*, pustulat, | est *pöf-e-teg*, pustulosum, fungus ovatus.

Radicem *si*, cum halitu *siv*, probat verbum Chaldaeis, et Arabibus usitatum *zu*, *za*, tremuit, metuit, timuit, expavit. Pariter et *ferg* Chaldaico firmatur verbo, et nomine *ferak*, et *ferek*, durus fuit, saevit, ultus est, durities, saevitia, rigor.

Ipsum formativum *tag*, ut nos proferimus, est reipsa nomen Lapponicum *takko*, *takk*, factum, opus, negotium, idem et verbum *takk-et*, facere. Adhibetur usu separato, etiam affixo, prorsus ita, ut apud nos, ad derivanda huius generis nomina quam plurima. Insinuat hunc usum et ipse Ganander. Dantur ait ille, particulae inseparabiles insignes Lapponismos facientes. Illarum prima *dage*, forte a *dageno*, factum, opus, adjunctum (De syntaxi nominum §. 5.). Addit postea huiusmodi exempla copiosa, de quibus tria noto, cum nostris satis congruentia: *piggedage*, ventosa tempestas, nobis *fuvatag*, *arwadage*, pluvia diuturnior, nobis *ár*, est inundatio; *mierekadage*, nebulosa tempestas, nobis *nyirk* est humor, et de hoc *nyirkos*, humidus; sed nomina de duabus his radicibus sic derivata non habemus. Auditur apud eosdem Lappones *buvadag*, mergus, de communi radice *buv*, | **B. 56** *buvik*; de qua nos tamen, nomen idem significans aliter formamus, *buvár*.

## 9.

## DAL, DEL.

Formativum nonum rarissimum, idque compositum, vocali propria, est *del*, ea accommodata *dal*.

Eius pars prior est *d* asyllabum de syllabico *ed* quod inter verborum formativa iam recurrit; pars posterior est *el*, et hoc, tam inter verborum formativa, quam et hic satis expositum. Idem significantia sunt: quorum concursu fit utique intensio, sic fere exprimenda, substantivo, et participio, *res facta*. In affixione exigitur connectens vocalis euphonica.

Sed huiusmodi derivatorum, quae ego scio, duo sunt tantum exempla: *vi-a-dal*, pugnando res facta, pugna, praelium, certamen, de verbo *ví* cum halitu *vív*, pugnat, certat, dimicat; et *el-e-del*, ad pascendum res facta, cibarium, alimentum, edulium, victus, esca, ab exoleto verbo *el*, pascitur, sustentatur, educatur, enutritur.

Nomina *el-e-del*, et *el-e-ség*, debent singularem habere radicem: cum sint in ipsa radice vocali brevi; et quae sunt huius fere sensus ab *él*, vocali producta, eam producunt in his etiam derivatis, *él-és*, *el-e-lem*. Obscurae huic radici congruens verbum eruderatur inter Vocabula Cognata.\*

\* *Vocabula Hungarica cognata Orientalibus, cumprimis Hebraicis, Chaldaicis, Syriacis, et Arabicis, Turcicis, et Persicis. Quibus interserta sunt etiam Septentrionalia, Lapponica, Fennica, Esthonica, utrisque affinia.* Vide: Alázatos segedelem kérés az igaz eredeti magyarságot hiven megfejtő tudós készületeknek mennél előbb való kinyomtatásokra, újolag való tudósítással. (Pestini, mense Mayo 1806.) Manuscripti huius operis fragmenta in Museo Nat. Hung. supersunt. [Nota editoris.]

## §. II.

## DE VERBIS, ET NOMINIBVS.

## A. PER FORMATIVVM FREQVENTISSIMVM.

## 1. SÁG, SÉG.

**B. 57** Formativum propria vocali *ség*, ea congruenter mutata *ság*, est in lingua nostra usus latissimi. Facit substantiva abstracta de adiectivis, de verbis, et de horum participiis, de ipsis etiam substantivis; indicatque in derivatis, praesertim de adiectivis, et participiis, primitivorum quandam copiam, et abundantiam; in aliis vero, quae sunt de verbis, dat substantiva absoluta; in illis demum, quae sunt de substantivis, notat vel intensionem, cum adjuncta copiae notione, vel statum primitivorum. In consonantium concursu duriore exposcit connectentem vocalem euphoniam cum primis in derivationibus de primitivis monosyllabis. Primitivorum vocalem ultimam, si ea brevis est, non producit.

Damus exempla priora de adiectivis. Et prima quidem de monosyllabis; *ép-ség*, integritas, incolumentas; *szép-ség*, pulchritudo; *vad-ság*, feritas; *rút-ság*, turpitudo. Posteriora ponimus de polysyllabis: *édes-ség*, dulcedo; *nyájas-ság*, blandimentum, affabilitas; *kövér-ség*, pinguedo; *bátor-ság*, animositas, securitas;

**B. 58** *egéz-ség*, | integritas, sanitas; *száraz-ság*, siccitas; *kegyelmes-ség*, dementia, gratia; *irgalmas-ság*, misericordia; *gyönyörű-ség*, delectamentum, voluptas; *szomorú-ság*, tristitia, moestitia; *sekete-ség*, nigredo; *tiszta-ság*, puritas.

Monosyllaba *bölt*s, sapiens, *szűz*, virgo et *társ*, socius, ad vitandum consonantium concursum duriorem accipiunt connectentem vocalem euphoniam: *bölt*s-e-ség, sapientia; *szűz*-e-ség, virginitas; *társ*-a-ság, societas; nomen *víg*-ság dicitur etiam vocalius, *víg*-a-ság, lactitia, hilaritas.

Promimus exempla alia de participiis. Et prima quidem de participiis temporis praesentis: *való*-ság, essentia, substantia, a *való* verbi substantivi participio, *ens*; *hajló*-ság, proclivitas; *illő*-ség, convenientia, decentia, aptitudo. Secunda de participiis temporis praeteriti: *feslett*-ség, dissolutio, corruptela, improbitas; *termett*-ség, feracitas, fertilitas, ubertas; *veszett*-ség, perditio, res perdita, et deplorata; *avúlt*-ság, vetustas; *romlott*-ság, fragilitas; *vásott*-ság, petulantia. Tertia de participiis temporis futuri: *illendő*-ség, convenientia, decentia, aptitudo; *veszendő*-ség, caducitas, | res peritura; *halandó*-ság, mortalitas; **B. 59** *mulandó*-ság, mutabilitas, vanitas.

Sequuntur iam de ipsis verbis deducta: de *feled*, obliviscitur, *feled*-ség, oblitio; de *imád*, orat, adorat, *imád*-ság, oratio, precatio; de *költ*, expendit, impedit, *költ*-ség, expensa, impedimentum; de *vált*, redimit, *vált*-ság, redemptio.

Notandum, duo haec, *nyer*, lucratur, et *veszt*, perdit, egere connectente vocali euphonica, ad vitandum concursum duriorem: *nyer*-e-ség, lucrum, perditio.

Transimus demum ad derivata de ipsis substantivis. In primis est tantum intensio, et adiuncta

copiae notio. De substantivis *tiszt*, munus, officium; *nép*, populus; *rét*, pratum; *erdő*, silva; *mező*, campus; fiunt hoc formativo substantiva auctiora, communis expressione idem significantia, reipsa tamen vi maiore praedita: *tiszt-ség*, munus, officium; *nép-ség*, populi copia; *rét-ség*, prati, foeneti copia; *erdő-ség*, locus silvestris, silvae copia; *mező-ség*, locus campestris, campi copia.

In nonnullis sola abstractio indicatur: *ember-ség*, humanitas, civilitas, urbanitas, ab *ember*, homo; **B. 60** *mester-ség*, artificium, a *mester*, artifex. Sed | alia, satis copiosa, iam statum notant: *özvegy-ség*, vidutias; *varga-ság*, sutorum status, sutorum opificium; *bán-ság*, praefectura; *fejedelem-ség*, principatus; *király-ság*, regia dignitas; *tsászár-ság*, imperatoria dignitas, imperium.

Regni nostri comitatus nonnulli, quibus olim duces praefuerunt, retinent hodie quoque nomen hoc augmento significantius: *Liptó-ság*, *Somogy-ság*, *Szerém-ség*, certe Ducatus Liptoviensis, Ducatus Somogyiensis, Ducatus Sirmiensis. Ipsa nomina gentilia increscunt eodem hoc formativo, *Magyar-ság*, *Tót-ság*, *Német-ség*, *Görög-ség*; quorum significatio una quidem ista est: Hungarismus, Slavismus, Germanismus, Graecismus; sed est altera etiam, eaque potior, ipsa gens tota, pluraliter expressa, Hungari, Slavi, Germani, Graeci, utique cum copiae notione, Hungarorum copia, Slavorum copia, Germanorum copia, Graecorum copia . . .

**B. 62** Significatio, quae nostro *ség* tribuitur, auctio-

nis, copiae, abundantiae, multitudinis, ultiro probatur et affinium linguarum auxilis et nostro usu antiquo.

Porro in Codice M. S. Transl. Bibl. frequens est usus huius derivationis, sed auctioris, formativum, ut vulgo dicitur, adiectivi possessivi, pro ipso superlativo : in qua proinde senserunt maiores nostri voculae ség vim intimam, sibi adhuc non ereptam, fortasse etiam separatim usitatam. Exempla produco aliquanto cumulatiora : És ö seregéböl való erősséggü férfiaknak parantsola (Dan. III. 2.) ; et vi-  
ris fortissimis de exercitu suo mandavit. Minket ke-  
ménységü szolgálattal nyomoréjtnak (Esther XIV. 8.); durissima nos opprimunt servitute. Adna hét drága-  
latosségü leányokat királynak házából (Ibid. II. 9.) ; traderet septem puellas speciosissimas de domo b. 63  
regis. Melotosnak gazdagségü városit kivivá (Judith II. 13.) ; Melothi opulentissimas civitates effregit.  
*Megtöre minden magasségü várasokat* (Ibid. II. 14.) ; | fregit omnes civitates excelsas.

Exempla postrema, *drágatalosségü*, *gazdagségü*, *ma-  
gasségü*, aperte ostendunt formativae voculae ség pro-  
priam esse vocalem é. Sunt ista, ut postea videbimus,  
adiectiva composita ; in quibus pars posterior de sub-  
stantivis facta, ü et ú formativi accessione, retinet vo-  
calem propriam. Sic *fzer*, ordo, series, in compositione  
simili servat vocalem primigeniam : *három-fzerü*, *hat-  
fzerü*, *nyoltz-fzerü*, proprie trinam seriem, vel tres series,  
habens, sex series habens, octo series habens, communi  
expressione triplex, sextuplex, octuplex. Idem vero arc-  
tius connexum, ad derivanda numeri adverbia, vocalem  
accommodat primitivorum vocali : *három-fzor*, *hat-fzor*,  
*nyoltz-fzor*, ter, sexies, octies, proprie trina serie, vel tri-

bus seriebus, sex seriebus, octo seriebus. Quemadmodum et *ség*, dum substantiva facit abstracta, cum iisdem primitivis, quae superius in compositione priora erant  
**B. 64** adiectiva, | vocalem suam horum vocalibus accommodat : *drágálatos-ság, gazdag-ság, magas-ság*, pretiositas, divitiae, altitudo.

### B. PER FORMATIVA FREQUENTIORA.

#### 1. MÁNY, MÉNY.

Formativum primum propria vocali *mány*, ea congruenter mutata *mény*, significatione genuina est *rei virtus, realitas, res ipsa, quid, aliquid*. Frequentius est et hoc in lingua nostra. Derivat substantiva verbalia perfecta, absoluta, vi activa de verbis tantum activis, et quam plurima de monosyllabis, multa etiam de polysyllabis, sed non temere de quibuscumque. Radicibus monosyllabis affixum exposcit  
**B. 65** connectentem | vocalem euphonicam.

Exempla derivata de monosyllabis. De *gyűjt*, colligit, est *gyűjt-e-mény*, proprie res collecta, vulgo collectum, partum, quaesitum ; de *költ*, fingit, est *költ-e-mény*, res ficta, figmentum, commentum ; de *ád*, dat, est *ad-o-mány*, res data, datum, donatio ; de *tud*, scit, est *tud-o-mány*, scientia, disciplina, doctrina, eruditio, peritia.

Alia de polysyllabis deducta. De *keres*, quaerit, est *keres-mény*, proprie et hoc rem quaesitam exprimit, vulgo quaesitum ; de *teremt*, creat, est *teremt-mény*, creatura ; de *talál*, invenit, est *talál-mány*, inventum ; de *alkot*, struit, est *alkot-mány*, structura, aedificium. Verbum *ragad*, rapit, auctam hoc forma-

tivo accipit connectentem vocalem euphonicam, *ragad-o-mány*, rapina, spolium, praeda. De verbo *takar*, tegit, reponit, colligit, fit et hoc formativo nomen huiusmodi, *takar-mány*, fit et altero, quod mox sequetur, *takar-vány*, valore eodem, collectum, repositum, bonum, quaesitum.

Huc pertinent singularia quaedam exempla. Primum est *tö-mény*, proprie multa res : deductum nempe de adiectivo hodie exoleto *tö*, multus : cuius tamen comparativus et superlativus in usu | est, *több*, **B. 66** *több*; accedente *mény* formativo, cuius significatio simpliciter expressa est *res*. Quare *tömény* substantivum est, multa res, multitudo ; sed apud veteres invaluit adiectivi usu : *tömény ezer*, multa millia ; *tömény ezer esztendők*, multa millia annorum. Egi de hoc satis prolixe, ubi formativa numeri pluralis exposui (Vol. I. pag. 98. et seqq.), explanata et origine, et convenientia cum linguis affinibus, ad ipsum etiam usum extensa. Eo loco produxi et secundum exemplum propter similitudinem exactum : *ke-mény*, adiectivi valore, *durus*, proprie vero *dura res*. Huius pars prior *ke*, separatim *kö*, etiam cum halitu *köv*, congruit cum voce Esthonica, et Arabica adiective sumta. Esthonibus *köwwa*, significatione propiore est *hart*, stark, dauerhaft, durus, fortis, durabilis.

In tota lingua duo supersunt exempla huiusmodi **B. 67** substantivorum a nomine derivatorum, apposita sane combinatione, adiectivi nempe, et substantivi, *tö-mény*, *ke-mény*, multa res, dura res. Reliqua seges derivatum in verbis est, et iis quidem activis. Hic licet quaedam et nobis tentare, moderate tamen. Sed nil audebimus, de

nominibus, ne illa quidem, adiectivi et substantivi combinatione, cuius exempla vidimus. Tanto insolentius est, quod hodie faciunt non pauci; ut sine veterum exemplo, huiusmodi derivationes pro lubitu detorqueant, de substantivis, de ipsis adeo particulis: ex. gr. *példa-mány*, quasi non sufficeret, nudum et sincerum *példa*, exemplum, exemplar; postea *környül-mény*, quasi taedio iam esset aptissimum vocabulum antiquum *környül-állás*, circumstantia.

**B. 68** Utuntur ea et Esthones. Sed his magis format actionis nomina, quam absoluta. Exempla profero in vocabulis nóbiscum communibus, quibus nostra addo, eadem formatione, etiamsi ficta, quae nempe non sunt apud nos sic in usu. Sic *and-minne*, Gabe, *ado-m-ány*, est ab *and-ma*, geben; *ehhit-a-minne*, das Bauen, *épit-mény*, ab *ehhit-a-ma*, bauen; *ell-a-minne*, das Leben, Lebensart, *él-e-mény*, ab *ell-a-ma*, leben; *hätteg-e-minne*, Wohlthat, *jóté-te-mény*, ab *hätteg-e-ma*, wohlthun; *keüt-minne*, das Binden, *köt-e-mény*, a *keüt-ma*, binden; *kull-minne*, das Hören, *hall-o-mány*, a *kull-ma*, hören; *teäd-minne*, das wissen, *tud-o-mány*, a *teäd-ma*, wissen.

## 2. VÁNY, VÉNY.

Formativum secundum propria vocali *vány*, ea accommodata *vény*, eadem est, qua *mány* significatio, *realitas*, *res ipsa*, *quid*, *aliquid*. Est | et hoc frequentius in lingua nostra. Facit substantiva verbalia perfecta, absoluta, vi tamen neutra, qua differt a priore *mány*, de verbis potissimum neutris, etiam de activis nonnullis, pleraque de monosyllabis, non pauca de polysyllabis, moderato et hic usu. Radices monosyllabae requirunt connectentem vocalem euphoniacam.

Exempla derivatorum de neutris monosyllabis. De *asz*, aret, arescit, est *asz-o-vány*, proprie res arida, vulgo ariditas, aridum; de *jár*, ambulat, est *jár-o-vány*, res ambulans, morbi species quae evagatur, vulgo sic dicta; de *kél*, consurgit, accrescit, est *kel-e-vény*, res accrescens, tuber, ulcer, pustula; de *jő*, venit, est *jöv-e-vény*, aliquis adveniens, advena; de *szök-ik*, salit, fugit, est *szök-e-vény*, aliquis aufugiens, fugitus, refuga.

Alia exempla de neutris polysyllabis. De *dagad*, tumet est *dagad-vány*, tumens, vel tumida res, tumor; de *marad*, manet, remanet, est *marad-vány*, res ab aliquo remanens, reliquiae, residuum; de *ragad*, haerescit, est *ragad-vány*, res adhaerescens, morbi species contagiosa; de *ragyog*, rutilat, irradiat, refulget, est *ragyog-vány*, res rutilans, rutilum aliquid, fulgor.

Duo haec formativa *mány*, et *vány*, distinguo inter se: cum priori addam vim activam, posteriori vim neutram. Clare enim video haec composita esse.

Iam recurrit loco suo substantivorum formativum *ány*, adiecta significatione, *quidquid cernitur, res ipsa, essentia*. Huic praefixum est *mü*, formativum et verborum, et nominum, tam nostro usu, quam etiam Lapponico, et Hebraico, iam satis notum, *agit, actio, actus*: quare *mü-ány*, et subsecuta vocalium concretione *m-ány*, genuine hoc notat, *acta res*. Eadem *ány* est porro et *va* praefixum verbi substantivi semen primum, *est, fit*, idem participii valore *factus*: ut proinde *va-ány*, et vocalibus con-

cretis *v-ány*, proprie hoc indicet, *facta res*. Hoc discrimen vix sentiunt Latini: sed sentimus nos et orientales, ex rudi praesertim expressione primigenia *agit res*, *fit res*.

Praemissa hac explanatione facile intelligimus substantiva huiusmodi a verbis activis deducta. Ab *irt*, runcat, extirpat, *irt-o-vány*, est certe extirpatione facta res, ager extirpatus, solum eruncatum; a' *sző*, texit, implexit, *szöv-e-vény*, est sane textura, implexione facta res, ipsa textura, etiam vepretum. Sic *tanít-vány*, vulgo discipulus, proprie ad docendum factus aliquis, a verbo *tanít*, docet; deinde *teker-vény*, ad torquendum factum aliquid, machina

**B. 71** attractoria, qualis | est in puteis, a verbo *teker*, versat, torquet; *farag-vány*, sculpta res, sculptile, a verbo *farag*, sculptit; *erefzt-vény*, ad emittendum facta res, silva succrescens, a verbo *erefzt*, mittit, emitittit.

Sunt quaedam exempla de neutris singularia. In his est *tel-e-vény*, congestum, ut clare patet, de verbo *tel-ik*, repletur, completur; deinde *ing-o-vány*, uligo, probabiliter a verbo *inog*, movetur, agitatur, is certe, qui loco uligonoso incedit saepe subsidendo. Rarum est *ött-e-vény*, hodie vici nomen ad Iaurinum, Hochstrasse, affusum, res facta affusione, vicini nempe Danubii, ab antiquo *ött*, fundit, quod hodie sonantius dicitur *t* in *n* mutato *önt*.

Quemadmodum *mány*, ita et *vány*, formavit olim etiam de nominibus, partim adiectiva, partim substantiva. Tale est *hit-vány*, vulgo vilis, de antiquo *heit*.

stultus: ut *hit-vány* sit proprie stulta res, et pro adiectivo adhibitum simpliciter stultus; sed mitigata hodie significatione est vilis, abiectus, ineptus. Sic etiam *fös-vény*, est avarus, genuine vero avara res.

Adiectivum *heit*, nostra pronunciatione *hit*, recurrit B. 72 in Codice M. S. Transl. Bibl. *Heit prófeta* (Osee IX. 7.); stultus propheta. Recurrit *heitság* (Ibid. II. 10.); stultitia.

Pauca sunt exempla etiam huiusmodi substantivorum, de nomine derivatum, in tota lingua nostra. Verba patabant, hodieque patent, moderate tamen, et huic formationi. Sed nonnulli, ad corrumpendam linguae integritatem grassantur et hic monstrosis derivationibus.

### 3. ALOM, ELEM.

Sequitur formativum de frequentioribus ter- B. 73 tium, idque aperte compositum, vocali congruenter variata *alom*, *elem*: cuius partes separatae, *el* et *am*, iam recurrerunt inter formativa et verborum, et nominum; et ipsum compositum significatione hic accommoda sic est exprimendum, *facta res*, *perfecta res*. Derivat substantiva absoluta, eorum vi intensa, de verbis multo plura, pauciora de nominibns.

Dantur exempla de verbis primum monosyllabis. De verbo *ért*, intelligit, est *ért-elem*, intelligendi perfecta res, intellectus, intelligentia, sententia; de *fedd*, redarguit, *d* emollito *fegy*, est *fegy-e-lem*, redarguendi perfecta res, redargutio, correctio, disciplina; de *véd*, defendit, protegit, est *véd-elem*, defensio, protectio; de verbo *hat*, potest, factum est *hat-alom*, potentia, dominium; de *nyúg*, *nyug-ik*, quiescit, est

*nyug-alom*, quies, requies; de *un*, taedet, est *un-alom*, taedium, fastidium.

Promuntur exempla de verbis polysyllabis. De verbo *érez*, sentit, sed contractione admissa *érz*, est *érzelem*; de *gyötör*, torquet, cruciat, accedente et c. 69 hic contractione *gyötr*, est *gyötr-elem*, tormentum, cruciatus. Iam de *enged*, concedit, indulget, obedit, est *enged-elem*, concessus, indulgentia, obedientia; sic de *siet*, festinat est *siet-elem*, festinatio.

Dum de nominibus proferuntur exempla. De *kegy*, gratia est *kegy-elem*, gratiae perfecta res, ipsa gratia intensa, clementia; sic de *fzer*, amor, est *fzer-elem*, iterum amor, intensus certe, dilectio; de exoleto *irg*, misericordia, est *irg-alom*, aequa misericordia; de *rút*, foedus, turpis, est *rút-alom*, foeditas, turpitude.

In nominum inflexione (Vol. I. pag. 233. et seqq.) iam monui et docui, huiusmodi derivationes olim contractioni fuisse amicas, etiam forma prima, *értelm*, *fe-gyelm*, *védelm*, *hatalm*, *nyugalm*, *unalm*.\*

\* [Auctor hic adnotavit: «Álom huc transferendum de pagina 3.» Loco nempe citato, pag. C 3. sub formativo *am* scripit:] Potest hoc referi et *áлом*, somnus, somnium, ab simplicissima radice *al*, de quo est ortum *al-u-sz-ik*. Sed producta vocalis, quae secus in hac radice semper brevis est, aliam insinuat huius derivationem formativo composito serius exponendo [-*alom*]: *al-al-om*, sicuti *hat-al-om*, in quo postea contractio facta sit, *al-l-om*; deinde etiam expunctio prioris *l*, et in eius compensationem vocalis producta, *á-l-om*; ut hoc fit exemplis aliis, *oldom*, *boldog*, expuncta *l* litera, *ódom*, *bódog*.

## 4. DALOM, DELEM.

Formativum compositum postremum, vocali variata, est *dalom, delem*; cuius partes connexae sunt, asyllabum *d*, de formativo *ed* iam noto, deinde *el*, et *am*, modo adhibita in priore formativo composito. Significatio intensior, ob novam accessionem, sic fere exprimenda, *res perfecte facta*. Facit substantiva abstracta de verbis, et nominibus; et in affixione exigit connectentem vocalem euphonicam, uno, altrrove exemplo excepto.

De verbo *agg-ik*, *agg*, angitur, est *agg-o-dalom*, angoris res perfecte facta, anxietas, conflictatio; de *nyug-ik*, quiescit, est *nyug-o-dalom*, quies, quietudo, requies; de *ún*, taedet, est *un-a-dalom*, taedium, fastidium; de *győz*, vincit, superat, est *győz-e-delem*, victoria, triumphus; de *tör*, frangit, terit, est *tör-e-delem*, contritio, tribulatio; de *vesz*, perit, est *vesz-e-delem*, perditio, pernicies, periculum, excidium. De verbo *fáj*, | dolet, directe formativi affixione, fit *fáj-* c. 70 *dalom*, dolor.

De nomine *di*, cum halitu *dij*, homagium, fit *di-a-dalom*, victoria, praevalentia; de *fej*, caput, est *fej-e-delem*, princeps, imperator; de *hi*, vel *hü*, dupli significatu, frigus, et fides, factum est *hi-e-delem*, refrigerium, fiducia; de exoleto *sege*, *seg*, iuuamen superest *seg-e-delem*, aequa iuuamen, adiumentum, auxilium.

Erant olim istae etiam derivationes contractioni amicae, iam in ipsa forma prima, *aggodalm*, *nyugodalm*, *unadalm*, *gyözedelm*, *töredelm*, *vezedelm*.

## [C. PER FORMATIVA RARIORA.]

## ÁB, ÉB.

c. 56 Formativum e rarioribus primum vocali variante et producta est *áb*, *éb*, significatione genuina, *res*, et *aliquis*. De verbo primitivo iam exoleto *has*, cuius derivatum est *has-út*, findit, superest substantivum absolutum *has-áb*, proprie fissa res, fissum, fissile frustum. De *egy*, est *egy-éb*, unus aliquis, usu recepto aliis, ceteri. Vix occurrunt plura. Nisi etiam monosyllabum est adhibitum in *doromb*, crepitaculum, sistrum, de *dor*, sono naturali, crepitus, eo postea in verbo abeunte *dorom*, *dorom-ik*, crepitat, ut *dorom-b* est res crepitans.

Est hoc formativum, quod inter verborum formativa iam comparuit, quod etiam mox recurret, sed consona tenuius prolata et vocali prorepta, *ap*, *ep*. Est ipsum *bu* verbum substantivum Persicum, *est*, *fit*. Hic nominis valore exprimendum, uti alia verba substantiva, aptissima est significatione, *res*, et *aliquis*.

## ÁLY, ÉLY.

c. 59 Tertium de rarioribus formativum, vocali propria, et producta, est *ély*, ea accommodata *ály*: quod inter verborum formativa iam prodiit, sed consona c. 60 non emollita *él*, *ál*, quae hic tamen emol | lita invaluit Eius significatio, hic nominis valore exprimenda, est *factum*, *opus*, *res*. Derivat nomina substantiva, absoluta, plura de verbis, quaedam etiam de nominibus.

Exempla de verbis deducta. De verbo et hodie simplici *afz*, aret, arescit, est *afz-ály*, proprie arida

res, siccitas, aridum; sic de *vesz*, perit, est *vesz-ély*, res ad pereundum, periculum, pernicies, tempestas. De primitivis radicibus simplicissimis, olim nominibus, inde et verbis, *ap*, *dag*, *rag*, quae hodie auctiore sunt forma, *ap-ad*, decrescit, *dag-ad*, tumet, *rag-ad*, haerescit, factae sunt derivationes vetustae: *ap-ály*, decrementum liquidi, diminutio tumoris; *dag-ály*, tumor, etiam superbia, ira, furor; *rag-ály*, species herbae adhaerentis, ut est tribulus, vel carduus. De verbo auctiore *akad*, haeret, impeditur, est *akad-ály*, impedimentum, obstaculum, remora; de *ragad*, haerescit est *ragad-ály*, eadem, qua *rag-ály*, significatione. Usu antiquo *terep* est nomen, idem et verbum *terep-ik*, laxatur, dilatatur, propagatur, extenditur: de quo est *terep-ély*, laxamentum, dilatatio, propagatio, extensio.

Sequuntur exempla de nominibus derivata. De *lap*, planum, pressum, est *lap-ály*, proprie planares, planities; de *szem*, oculus, usu antiquo etiam intuitio, conspectio, est *szem-ély*, conspecta res, conspectus, facies, species; de simplici *tsek*, vadum, est auctius *tsek-ély*, vadosa res, vadum. De *sereg*, quod notat agmen, catervam, turmam, singulare est derivatum *sereg-ély*, sturnus, proprie agminis res, ad catervam, ad turmam pertinens, quod ista cum primis avium species turmatim solet manere. | Ab c. 61 *erdő* silva, est Nobilis regio *Erdély*, proprie silvosa res, Silvania, Transilvania.

Nomine *személy* Codex MS. Bibl, sic perpetuo utitur: ut eo conspectum, faciem, speciem, non vero, quod

hodie fit, personam indicet. *Igazságot mondok e' népről te személyed előtt* (Judith. V. 5.); dicam veritatem de populo isto in conspectu tuo. *Ő személye megváltoztaték* (Dan. V. 9.); vultus illius immutatus est. *A' bak jő vala napnyugatról minden földnek személyén* (Ibid. VIII. 5.); hircus veniebat ab occidente super faciem totius terrae. *Állapék én személyem előtt monnal férfiúnak személye* (Ibid. VIII. 15.); stetit in conspectu meo quasi species viri.

Lapponibus simplex *tsåke* notat vadum, brevia: nos id auximus ad intensionem *tsekély*. Sumitur hoc nomen etiam pro adiectivo et accommoda significatione, exilis, tenuis, vilis.

### AP, EP, ETIAM ÉP.

Formativum inter rariora quartum est idem, quod paulo ante consona pleniore adduximus, et inter verborum formativa expositum esse memoravimus, *ap*, *ep*, etiam vocali producta *ép*. Cuius significatio nominis valore et hic eadem est, simpliciter *ens* et *res*. Substantiva facit absoluta, admodum pauca de verbis, et nominibus.

Huc refertur *ifzap*, lutum lentum in litore vel in fundo aquarum, limus: nisi ludor, derivatum de *ifz-ik*, verbi parte nuda *ifz*, accidente formativo *áp*, ut sit proprie pota res. Aperte est de verbo *ül*, sedet, derivatum *ülep*, subsidens res, fundus, pars galicorum [!] et femoralium, in qua sedetur.

c. 62 Radices primitivae simpli | ces et nomina sunt, et verba: *ter*, semen verbi *terjed*, dilatatur, extenditur, propagatur, de quo est *terep*, dilatata, extensa res, dilatatum, extensum; *ker*, sonus naturalis crepitus, crepat, de quo est *ker-ep*, crepans res, crepitaculum.

Clarissimum est *közép*, media res, medium, medietas, de notissimo *köz*, interstitium, intercapedo.

Hoc formativum etiam asyllabum videmus esse in voce *kolomp*, crepitaculum, quod natum est de *kol*, sono naturali: crepus, sed eo in verbum transformato *kolom*, *kolomik*, crepitat, ut *kolomp*, sit res crepitans.

### ÁR, ÉR.

Quintum e rarioribus formativum, vocali variata et producta, est *ár*, *ér*, significatione propria, *habens*, *possidens*, etiam *faciens*, vel *factor*. Derivat nomina substantiva, plura de nominibus, pauciora de verbis. Sic de nomine *kúlls*, clavis, est *kults-ár*, claves habens, claviger; de *kád*, dolium, est *kád-ár*, dolia faciens, dolarius, viator; de exoleto *kop*, calvities, est *kop-ár*, calvitiem habens, glaber, depilis, de voce pariter exoleta *tsifz*, sectura, caesio, est *tsifz-ár*, caesonem faciens, arma et cumprimis gladios, quibus fit caesio, armifex, etiam tortor; de *vez*, exitus, est *vez-ér*, exitum faciens, ductor.

De verbo *bu-v-ik*, semine *bu-v*, cum halitu, mergitur, est *bú-v-ár*, mersionem faciens, mergus, homo marinus; | de *fűz*, plectit, est *fűz-ér*, flexionem c. 63 faciens, plexorium; de *tölt*, fundit, est *tölt-s-ér*, sibilo ex formativi halitu irrepente, fusionem iuvans, infundibulum; de verbi *tün-ik*, semine *tün*, transformatur, figuratur, accidente *d* asyllabo de formativo *ed*, infinitivi forma *fieri*, factum est *tün-d-ér*, transformationem fieri faciens, praestigiator, portentum.

Est hoc formativum frequens in lingua Slavica. Quare putant multi id ex ea nos habere, imo etiam no-

mina sic formata pleraque inde esse. Quaedam vocabula huius speciei nobis a Slavis adhaesisse nemo negaverit. Nam *gerentsér*, figulus, nobis vocalius expressum, est ipsum Slavicum *hrnčjr*, figulus, ab *hrnec*, vel *hrnce*, olla. Imo ex ipsa lingua Germanica Wagner, vocis corruptione, non derivatione, huc pertinente nobis est *bodnár*, carpentarius. Sed *kults*, clavis, licet id et Slavi habeant, *klič*, non tamen ab ipsis venit ad nos. Recurrit apud Persas verbum *küs-od-en*, aperire ; cuius radix pura *küs*, in ore nostro *küs*, et propter *ü* longum irrepente *l* conc. 64 sona, *kuls*, *kults*, nominis | valore est certa id, quod aperit, apertor, clavis . . .

### DÉK, ETIAM DÖK ET DOK.

c. 32 Formativum e rarioribus sextum, in plerisque exemplis retenta eadem vocali producta, est *dék*, in nonnullis ea accommodata et correpta, *dök*, et *dok*: compositum ex asyllabo *d*, parte formativi *ed*, quod est inter verborum formativa explanatum, et ex *ék*, quod est solum, et in compositione iam semel recurrit; expressione hic apposita, ens, seu res perfecta, ens, seu res consumata. Substantiva praebet absoluta de verbis, et nominibus, poscitque in nonnullis connectentem vocalem euphonicam, vel praemissis aliis augmentis postremum affigitur.

De antiqui verbi *men-ik* semine *men*, liberatur, securus fit, est *men-e-dék*, liberatione res perfecta, ipsa securitas; de *mos*, lavat, est *mos-a-dék*, illuvies, elluvies; de verbi *es-ik*, semine *es*, cadit, et de *hull*, decidit, fiunt huiusmodi substantiva eiusdem fere significationis: *es-e-dék*, *hull-a-dék*, casa res perfecta, deciduum ramentum, fragmentum, reci-

samentum. De verbo *szán*, proponit, destinat, intendit, est *szán-dék*, propositum, destinatum, intentum ; de *nyom*, premit, est *nyom-dék*, pressione res perfecta, vestigium, sed forma alia multo usitatius *nyomdok*.

Singularia sunt, quae sequuntur. De verbo antiquo *szarán*, recedit, proficiscitur, factum est *szarán-dok*, profactione rem perficiens, peregrinator. Verbum *nő*, crescit, resuscitato halitu augetur *en* postpositione, et tum accipit formativum *dék*, *ne-v-en-dék*, proprie in crescendo res perfecta, novellus, succrescens. | De nomine *aján*, oblatione res consumata, **c. 33** donum, munus, donarium. Porro de *vak*, coecus, accedente *on* postpositione, est *vak-on-dok*, in coeco res perfecta, talpa, animal coecum. Praeterea de *szem*, oculus, adiecto *öl* particula, factum est *szem-öl-dök*, supra oculum res perfecta, supercilium . . .

### EK, OK.

Formativum e rarioribus octavum, vocali **c. 70** *riata ek, ak, ok*, significatione nominis vim exprimente, et hoc *factum, opus, rem* notat. Derivat substantiva absoluta a verbis, et nominibus. Et a verbis quidem dedit potiora directe a prima radice nuda, quaedam a praeterito, vel potius a nomine iam absoluto per formativum *et*, sed hic asyllabum.

Sic de verbo *lél*, quod est contractum de *leel, lehel*, spirat, factum est *lél-ek*, spirans res, spiritus, anima ; de *rejt*, abscondit, occultat, est *rejt-ek*, occultans res, latebra, latibulum ; de *vét*, peccat, errat, delinquit, est *vét-ek*, peccatum, erratum, delictum. De verbi *bir*, possidet, tenet, habet, praeterito, *birt*, factum est *birt-ok*, possessa res, possessio, ius, po-

testas. De verbi *efz-ik*, edit, comedit, nomine abso-luto primo *ét*, est *ét-ek*, res ad esum, cibus, cibarium, esca, ferculum; de verbi *fzid*, vituperat, no-mine absoluto primo *fzidat*, et eo hic contracto  
c. 71 *fzidt*, et *d* radicali sensim evanescente natum | est *fzit-ok*, vituperium, convitium, maledictum.

Transimus ad quaedam derivata de nominibus. De *far*, nates, clunis, factum est *far-ok*, per con-tractionem *far-k*, natis res, clunis res, cauda; de *suly*, pondus, onus, etiam ponderosus, onustus, est *suly-ok*, ponderosa, onusta res, sudes, fistuca, pani-cula; de *hom*, adustus, aridus, est *hom-ok*, arida res, sabulum\*; de *tit*, occultus, absconditus, coela-tus, est *tit-ok*, occulta res, arcanum, secretum . . .

Sic putarit quispiam explicabile esse etiam *bits-ak*, scindens res, culter, de Turcico *bits-mek*, scindere. Ego ta-men nolim omnia, praesertim a Turcis accepta, sic derivata affirmare. Nam terminaciones istas, *ak*, *ek*, *uk*, *ük*, ut Meninszkius exponit, praesertim in participiis, facit pro-nomen *ki*, is, qui : ut proinde *bits-ak*, sit is, qui scindit, vel id, quod scindit. Sic est prorsus et nostrum prono-men ö congrua mutatione ö, antique etiam e et a: quod participia nobis format temporis praesentis, et futuri, quae pleraque obeunt vicem substantivorum. Et sunt voces quaedam communes, quas Turcae suo modo, et nos no-stro, exprimimus : ex. gr. Turcicum *köp-ek*, canis, nobis est *kop-ö*, rapax, vestigator, indagator canis, de communi verbo *kap*, *kop*, rapit, is, qui rapit, raptor; Turcicum *dü-dük*, fistula, nobis est antique *duda*, a radice *dud*, de quo est hodie verbum auctius *dud-ol*, modulatur . . .

---

\* NB. Arabes arenam a siccitate vocant **חרב**. [Nota auctoris.]

## [§. III.

## DE NOMINIBVS TANTVM.]

## [A.] FORMATIVA DIMINVTIVORVM.

Quatuor sunt in lingua nostra diminutivorum c. 23 formativa: tria simplicia, de quibus duo priora dant quartum compositum, ad diminutionem blandius exprimendam.

## KE, KA.

Simplex formativum primum est *ke*, vocali con- c. 24 gruente *ka*, significatione genuina, parvus, minutus, exiguuus. Adiicitur substantivis et adiectivis.

Sic de substantivis *kés*, culter; *tál*, patena; *legény*, iuvenis; *ember*, homo; *leány*, puella; *asszony*, mulier, foemina; *bárány*, agnus; *város*, civitas; ista sunt huius generis diminutiva: *kés-ke*, cultellus; *tál-ka*, patella; *legény-ke*, iuvenculus; *ember-ke*, homuncio, homunculus; *leány-ka*, puellula; *asszony-ka*, muliercula, foemella; *bárány-ka*, agnellus; *város-ka*, civitatula.

Similiter etiam de adiectivis, tenuium cumprimis vocalium: *szegény*, pauper; *kényes*, delicatus; *édes*, dulcis; *idős*, grandaeus; diminutiva sunt sequentia: *szegény-ke*, pauperculus; *kényes-ke*, delicatus; *édes-ke*, dulciculus; *idős-ke*, seniculus. Sunt huius generis diminutiva de nominibus propriis virorum, foeminarum, etiam gentium; a *Péter*, Petrus; *János*, Ioannes; *Ilona*, Helena; *Katus*, Catharina; *Lengyel*,

Polonus; *Magyar*, *Hungarus*: *Péter-ke*, *János-ka*, *Ilon-ka*, *Katus-ka*, *Lengyel-ke*, *Magyar-ka*.

### TSA, TSE.

Simplex formativum secundum est *tsa*, vocali accommodata *tse*, ortum de *ots* vocali postposita. Eadem pollet significatione, parvus, minutus, exiguis. Pariter substantivis iungitur, et adiectivis.

Et a substantivis quidem *láb*, pes; *szék*, sedes; *ének*, cantio; *gyermek*, puer; *ablak*, fenestra; *tolvaj*, latro; *ajándok*, munus; *oroszlány*, leo; sic facta sunt diminutiva: *láb-tsa*, pediolus; *szék-tse*, sellula; *ének-tse*, cantiuncula; *gyermek-tse*, puellus; *ablak-tsa*, | c. 25 fenestella; *tolvaj-tsa*, latrunculus; *ajándok-tsa*, munsculum; *oroszlány-tsa*, leonculus. Adeo etiam proprio nomine *Benedek*, Benedictus est *Benedek-tse*.

Pariter de adiectivis *szép*, pulcher, *kék*, caeruleus, sunt diminutiva: *szép-tse*, *kék-tse*.

### OTS-KA, ATS-KA, ETS-KE, ÖTS-KE.

Placuit porro maioribus nostris simplicia haec formativa etiam iunctim adhibere, ut diminutiva eo blandius exprimerentur; quorum usus in sermone praesertim familiari est genti nostrae frequentissimus, imo in delicis. Quare ex priore formativo simplici, sed forma primigenia *ots*, *ats*, *ets*, *öts* et ex posteriore simplici *ke*, *ka*, compositum prodiit formativum, *ots-ka*, *ats-ka*, *ets-ke*, *öts-ke*, derivatis in lingua nostra copiosissimis. Amant huiusmodi geminationem et Latini; dicitur his primum, *tenellus*, *puellus*, deinde etiam *tenellulus*, *puellulus*.

A nominibus substantivis, quae fere eadem repeto: *kés*, *tál*, *szék*, *láb*, *ember*, *ének*, *gyermek*, *asszony*, *ablak*, *tolvaj*, diminutiva sunt auctiora: *kés-etske*, *tál-atska*, *szék-etske*, *láb-atska*, *ember-etske*, *ének-etske*, *gyermek-etske*, *asszony-otska*, *ablak-otska*, *tolvaj-otska*.

Nomina in vocalem desinentia habent vocalem assimilatione et concretione: *kapátska*, *korsótska*, *borjútska*, *mentétske*, *fésötske*, *gyűrűtske*; a *kapa*, *ligo*; *korsó*, *amphora*; *borjú*, *vitulus*; *mente*, *chlamys*; *féső*, *pecten*; *gyűrű*, *annulus*.

Etiam contractionem amantia sequuntur legem: *kegyelm-ets-ke*, gratiola; *szorgalom-ots-ka*, diligentia; a *kegyelem* et *szorgalom*.

A formativo *ke* multi abhorrent : quod id Slavicae originis esse putant. Sed in errore sunt isti, et in summa ignorantia. Nam *ke* est radix vere orientalis, proinde et Hungarica : de qua habemus adiectivum *ke-v-és*. Habant Arabes radicem eandem, | et quidem cum halitu, verbi c. 26 valore *chew*, diminuit. Sic viget ea apud Persas quoque, itidem cum halitu *kah*, diminue, in imperativo ; qui semper radicem exhibet. Pollet certe et nominis valore, ut fit apud orientales, notatque diminutionem, diminutivum.

Superest apud Esthones, et halitu quidem geminato, *kehwa*, *gering*; sed quibus idem etiam pauperem et miserum indicat, *arm*, *elend*; sicuti Lapponibus suum *kówa*; et apte sane, talis enim est parvus opibus, parvus subsidiis aliis; verbo pauperes, et miseri, parvi sunt. Esthones praeterea usurpant etiam diminutiva hac omnino terminatione: *jallo-ke*, *Füßchen*; *kallo-ke*, *Fischchen*; a forma auctiore *kenne*, quid sit *enne*: satis evolvi in pronominum originibus.

En voculam linguae primigeniae: de qua est ea sic etiam ad Slavos propagata, ut ad gentes alias et in his ad nos quoque.

Habent Lappones vocem, *utse*, et *utses*, qua etiam separativa utuntur, adiectivi valore, *parvus*, *minutus*. Adhibent de hac radice deducta verba, et derivationes alias *uts-et-et*, minuere, proprie parvum facere; *uts-en-et*, minui, proprie parvum fieri: *uts-an-en*, ipse actus, dum quid minus fit, imminutio.

Iudem vero sumunt ipsam hanc voculam etiam pro diminutivorum formativo, derivationibus frequentissimis, vocali mutata, *ats*, *ots*. Sic a *pelje*, auris, est illis *pelj-ats*, auricula; a *tjarwe*, cum sibilo *tsarwe*, cornu, est *tjarw-ats*, cornulum; a *piássso*, vimen, est *piáss-ots*, vimenculum, a *puodo*, operculum, est *puod-ots*, opercululum.

Et nos primigenia hac forma aliquando usos fuisse satis probat superstes adhuc vocabulum *köv-ets*, lapillus, c. 27 a *köv*, lapis. | Sed *kapots*, fibula, et alia hac terminatione nomina, non possunt hoc referri. Placuit maioribus nostris, in hoc formativo vocalem postponere, *tsa*, *tse*, eoque sic uti in derivationibus. Quae adduxi exempla, *tolvajtsa*, *ajándoktsa*, *oroszlánytsa*: sunt ex Codice M. S. Transl. Bibl. (Esther IX. 22. Nahum II. 13. Osee VII. 1.). Reliqua eisque multo plura, occurrunt in monumentis aliis: in quibus unicum exemplum *gyermek-tse*, literarum transpositione, etiam vitiose est saepe positum, *gyermets-ke*. Grammatici primi, Molnárus certe, Pereszlenyius, et Ephraim Klein, praeter *ke*, producunt et hoc formativum *tsa*, ad ductisque illustrant exemplis: et his simplicibus addunt et iam compositum, pluribus itidem exemplis explicatum. Nondudum indicabant Hungariae Ephemerides Pestinenses (*Hazai Tudósítások*, III. és XIX. szám alatt): apud vulgum Baranyensem vigere hodieque, usu promiscuo, et *tsa*, et *ke*, *szép-tse*, *zöld-ke*, *veres-ke*. Quantopere ignorant Linguae Historiam, in grammatico studio cumprimis

necessariam, quam sunt et reliquis subsidiis destituti, Literati vel Scioli nostri : qui pro auctoritate sua male arrogata, recta haec diminutiva corrupta declarant. Academicus Auctor Grammaticae Hungaricae, in duabus Tomis Posonii editae ausus est (pag. 106.) Ephraimum Klein redarguere, Virum antiqui moris scientem, et tenacem. *Sic quaeso ! (exclamat ille!) an non melius sonat széketske, quam Kleiniamum széktse, sellula ?*

AD, ED,

ET CONSONA GEMINATA VOCALI PRAEMISSA  
DAD, DED.

Tertium formativum simplex est *ad*, vocali accommodata *ed*: quod maioribus nostris placuit, | consona sic geminata, ut vocali praemittatur, so- c. 28 nantius reddere *dad*, *ded*. Eius significatio est *mi-*  
*nutus*, etiam *tener*, *mollis*, et *recens*. Diminutiva fa-  
cit pleraque de adiectivis, quae rara supersunt  
hodie, eaque formativi maioris et minoris usu fere  
promiscuo deducta. Et horum potiora notant reipsa  
diminutionem cum teneritudine, et mollitie.

Minore sunt formativo: *lágы-ad*, molliculus ; *jobb-ad*, meliusculus ; *nagyobb-ad*, maiuscules ; deinde *kitsi-d*, et *kitsiny-ed*, parvulus ; demum etiam vocali absorpta, formativo asyllabo, *édes-d*, dulciculus ; ab adiectivis utique iam notis : *lágы*, *jobb*, *nagyobb*, *kitsi*, *kitsiny*, *édes*.

Maiore sunt formativo : *gyermek-ded*, infans, puellulus ; *ifjú-dad*, iuvenculus ; *édes-ded*, dulciculus : *gyengé-ded*, tenellus, molliculus ; *kerek-ded*, rotundu-

lus; *kis-ded*, et *kitsiny-ded*, parvulus: a substantivis et adiectivis per se claris: *gyermek*, *ifjú*, édes, *gyenge*, *kerek*, *kis*, *kitsiny*.\*

Quaedam horum, ad diminutionem tanto blandiora, amant formativo suo superadolere formativum *ke*: ex. gr. *kisded-ke*, *nagyobbod-ka*.

Hoc formativum solvit nobis lingua Arabica. Est in ea verbum *adh*, non *sad*, sed *dadh* punctato scriptum. Huius significatio ista est apud Iahnum: *diminutus fuit*, *diminuit*; etiam *minutus*; *praeterea* et *mollis*. Schindlero est idem *recens*, et *tener*. Vocabulum, ex accommoda significatione tam aptum ad formanda diminutiva, superest apud nos, rarioribus licet exemplis, de lingua c. 29 certe primigenia. Accedit ad confirmationem | verbum Turcicum *dal*, consona iam geminata, significatione paullulum deflexa, ex qua tamen elucet primaria, *didmek*, dispergere in minutae partes. Consonae geminatae, ut ea vocali praemittatur, vidimus iam aliquot exempla in verborum derivatione: *et ac tet*, *at et tat*, *kér-et*, *ke-ées-tet*, *vár-at*, *takar-tat*; deinde *el*, *al* et *lal* ac *lel* etiam *lál* et *lél*, *hartz-ol*, *nyerg-el*, *hiz-lal*, *kér-lel*, *szám-lál*, *fzém-lél*.

Persae in derivandis diminutivis unico utuntur formativo, suo et nostro *ke*, nisi quod vocalem consonae praemittant, *ek*. Sic a *püser*, filius, fit *püserek*, filiolus; a *k'eniz*, ancilla aere empta, fit *k'enizek*, ancillula.

Turcae vero duo adhibent diminutivorum formativa: alterum simplex, compositum alterum, utraque cum nostris congruentia. Ad diminutiva de adiectivis derivanda utuntur formativo *će*, vel *ğe*: ut ab *ak*, albus, *ak-će*, albulus ab *güzel*, pulcher, *güzel-ğe*, pulchellus.

\* *Előded*. Elődeden való Ecclesia. Medgyesi Pál. [Nota Auctoris.]

Ad diminutiva de substantivis deducenda sumunt formativum compositum, *ćik*, vel *ǵik*; in quo est prius *će*, vel *ǵe*; deinde *ke* commune, sed vocali praemissa *ük* et *ick*, eaque cum priore isthic concreta; sed nonnunquam sunt vocales etiam discretae, *ćiük*, *ǵiük*, et *ćiuk*, *ǵiuk* compositi partibus distincte expressis. Hoc ad evidentiam socium est nostro *ots-ka*, et *ets-ke*. | Sic a *baba*, *baba-ǵik*, paterculus, *aty-áts-ka*; ab *ana*, mater, *ana-ǵik*, c. 30 matercula, *any-áts-ka*. Sed compositum hoc formativum etiam cum adiectivis.

[B. CETERA FORMATIVA.]

AD, ED, ET ASYLLABUM D.

Primum in his ponimus formativum, vocali c. 10 propria *ad*, ea accommodata *ed*, etiam asyllabum *d*: cuius significatio genuina est *arvum*. Frequens in nominibus, etiam civitatum. Virorum nempe, ut possessorum nominibus, aliis item, locorum naturam, situm, vel adjunctum quodpiam explicantibus, adiicitur vel integrum, vel concretis vocalibus, vel asyllabum: significatque arvum, terram, ad horum expressi nominis relatum [!], prima certe origine vel notis reliquis indicatum.

Sic *Tamásd* est *Thomae arvum*, *Tamás szántó-földje*, *Tamás földje*. Ita et alia: *Vár-ad*, Arcis arvum; *Had-ad*, Exercitus arvum; *Erdő-d*, Silvae arvum, Silvestre arvum; *Kőves-d*, lapidosum arvum; *Nádas-d*, arundinosum arvum. Eadem formatione nota esse civitatum nomina: *Szeg-ed*, *Eny-ed*, facile quis explicuerit. *Szeged* est in Tibisci et Marusii

confluentia, prope ad confluentiae angulum: quo pacto a situ loci esset anguli arvum. *Enyed* vero potest esse loci arvum. Habemus enim non usitatam hodie particulam, *eny-ett-e*, *eny-ett-ed*, eius loco, tui loco, mei loco. Sed nolo coniecturis nugari: haec enim non sunt tam clara, uti superiora.

c. 11 Hoc formativum in his nominibus tale aliquid significare homini meditanti facile in mente venerit, obscura et incerta licet notione. Sed hanc claram omnino, et certam, ultiro offert lingua Chaldaea: in qua *ada*, nobis postrema vocali absorpta *ad*, revera *arvum* notat *szántó föld*, vel solum *föld*, ut nos amamus compendio efferre.

Non est hoc formativum *ad*, *ed*, et asyllabum *d*, confundendum cum altero *ad*, *od*, *ed*, *öd*, formativo ordinalium: de quo suo loco satis iam egimus, iterumque agemus breviter occasione data. An non merito indigne-  
mum Debretzinensibus: qui et haec imperite miscent (pag. 159.)?

### ÁSZ, ÉSZ.

c. 73 Formativum, vocali congruenter variata, *ász*, *ész*, quod inter verborum formativa iam explanatum vidimus, eadem significatione, sed hic nominis vim sustinens, est *intentus*, *operam dans*, *procurans*. Substantiva facit, quae procuratorem notant rerum, ipsis nominibus expressarum, de quibus ea derivantur. Ea nomina sunt rerum potissimum animatarum, quaedam etiam non animatarum.

Sic de *hal*, piscis, est *hal-ász*, piscibus inten-  
tus, piscibus operam dans, piscium procurator, pis-  
cator; ita etiam de *juh*, ovis, et *juh-ász*, ovinus  
procurator, opilio; de *vad*, fera, est *vad-ász*, feris

intentus, venator; de *madár*, avis, est *madar-ász*, c. 73  
 avibus intentus, auceps; de *méh*, apis, est *méh-ész*,  
 apibus intentus, apiarius; de *ökör*, bos, eo contracto  
*ökr*, est *ökr-ész*, bobus intentus, bubulus; de *eb*,  
 canis, est *eb-ész*, canum curator, canarius famulus;  
 de *egér*, mus, est *eger-ész*, murum captor, muriceps.  
 De nomine rei non animatae *kert*, hortus, est *kert-ész*, hortum procurans, hortulanus; de *rév*, portus,  
 traiectus, est *rév-ész*, traiectum procurans, portitor,  
 nauta. Et quae hodie derivantur huius generis no-  
 mina: ex. gr. de *ügy*, causa, negotium, *ügy-ész*, ne-  
 gotiorum procurator.

### OR, ER, ÖR.

Septimum e rarioribus formativum, vocali con- c. 65  
 gruenter variata, est *or*, *er*, *ör*; inter verborum for-  
 mativa iam explanatum et inter adiectivorum for-  
 mativa repetendum; significatione hic accommodata,  
*habens*, vel *faciens*, etiam continens. Derivationes eo  
 factae, antiquae et rarae, sunt substantiva absoluta  
 de nominibus.

Sic de exoleto *záp*, quod olim et nomen fuit  
 et verbum, fluor, fluctuatio, inundatio, fluxit, fluc-  
 tuavit, inundavit, factum est *záp-or*, fluorem, inun-  
 dationem faciens, nimbus, tempestas, imber. Pariter  
 de antiquo nomine et verbo *gyom*, absorptio, haus-  
 tus, absumtio, deglutivit, absorpsit, exhausit, absum-  
 sit, natum est *gyom-or*, absorptionem, absumtionem  
 faciens, stomachus, ventriculus. Similiter de vetusto

verbo et nomine *fzaty*, addidit, apposuit, auxit, additis, appositum, augmentum, derivatum est *fzaty-or*,  
**c. 66** appositum continens, | fiscella, scirpiculum, sporta. De abolito dudum nomine simpliciore *tsöm*, nausea, fastidium, auctius invaluit *tsöm-ör*, nauseam faciens, pro ipsa nausea . . .

Communia habent nobiscum Croatae et Slavi quae-dam nomina hac terminatione. In his est *sátor*, tento-  
**c. 67** rium, | vocabulum sane orientale, proinde citius nostrum, quam eorum. Sic et ista nostra erunt potius, quam ab ipsis accepta: *veder*, urna, hydria, sic et illis *weder* et *wedro*, deinde *tsöbör*, urna maior, ibi pariter *cheber*.

## AD, ED.

**c. 72** Formativum rarum, vocali propria *ed*, ea accommodata *ad*, iam saepius memoratum, verbi valore *est*, *fit*, hic vero nominis vim sustinens, *ens*, *factum*, *res*. De paucis admodum nominibus, iisque exoletis, fecit nomina auctiora.

Sic de antiquo *besz*, *befze*, facundia et facundus, factum est *besz-ed*, *befz-éd*, facunda res, sermo, eloquium; ita etiam de *seg*, *sege*, aequo exoleto, iuvamen, et iuvans, est *sege-ed*, *segéd*, iuvans res, iuvamen, adiutorium, etiam adiutor; de *fzá*, os, oris, est *fza-ad*, *szád*, oris res, operculum, cumprimis dolii, repagulum, obturamentum; de quo et verbum est, *fzád-ol*, oris rem facit, obturat.

Nomen *tseléd*, familia, communis est nobis cum Croatis, et Slavis, *chelyad* et *čelad*.

## ÁTS.

Formativum *áts*, et hodie usitatum, sensu re- c. 73 stricto, *faber*, eo latius accepto *factor*, faciens. In nonnullis tantum derivatis usitatum.

De *kova* et *koha*, proprie durum, translate ignarium, ferrum, est *kov-áts*, faber ferrarius; de *tak*, textura, est *tak-áts*, texturam faciens, textor; de *szak*, coctura, est *szak-áts*, cocturam faciens, cocus . . .

Nomine *kováts* utuntur etiam Croatae, certe a nobis accepto: cum sit et radix orientalis, et formativum reipsa nostrum. Sed *szakáts* et *takáts* tantum apud nos audiuntur. Eorum radices quaerendae in linguis affinibus. . . .

## NOK, NEK.

Rarum itidem formativum, vocali congruenter variata, est *nek*, *nok*, significatione latiore, *praefectus*, *curam habens*, *praeditus*, *effectus*. Nomina facit substantiva, pauca admodum, de nominibus rerum, quibus aliquis praeficitur, vel quibus aliquis praeditus est.

De nomine *ál*, fraus, dolus, factum est *ál-nok*, fraude, dolo praeditus, fraudulentus, dolosus; sic de *fegyver*, arma, est *fegyver-nek*, armorum curam habens; de *tár*, thesaurus, possessio, penus, est *tár-nok*, thesauro praefectus, thesaurarius.

Nomen *ál* nobis cum Persis commune eadem significatione, fraus, dolus. Sad *tár* contractum est ex *tavar*, c. 75 *tvar*, forma auctiore, qua viget hodieque apud Lappones, *tawer*, eadem significatione, thesaurus, possessio, qua ad-

hibetur in Thesaurarii nomine apud nos vulgari : *Tavernicus*.

Praesens formativum arguimur habere a Slavis, imo ipsa etiam vocabula pleraque hac terminazione praedita, qualia audiuntur apud ipsos complura: *komornik*, cubicularius ; *dwornik*, aulicus etc. Huc referentur *aſtalnok*, mensae curator, dapifer ; et *pohárnok*, poculorum curator, pocillator, pincerna. Derivati *ſzövétnek*, lucerna, fax, funale, pars prior *ſzövét* est resolutum ex *svet*, parte priore derivati *svetlo*, lucidus, illuminatus, clarus, ut sic funale nobis sit luce praeditum.

Non multum disceptamus de vocibus primitivis, cum sint reipsa a Slavis, in tanto vitae commercio, non paucae ultro acceptae. Sed de [hoc] formativo alia est sententia nostra. Utuntur eo etiam Persae exemplis frequentissimis : de *ghem*, tristitia, est ipsis *ghemnak*, tristitia affectus, tristis ; de *tab*, splendor, lux, est *tabnak*, splendore praeditus, resplendens, coruscans. Est nostrum *álnok*, paulo ante expositum, est parte utraque etiam Persicum et Hungaricum. Id ergo dicendum est, Slavos et Hungaros hoc formativum ab altiore origine communi accepisse.

Singulare est de nomine *haereticus*, truncatione facta, primam partem *eret* retinuisse Hungaros *haeresis* notione et fecisse ex eo nomen affixo hoc formativo, *eret-nek*, quod notat haereticum, haeresi deditum.

### NYÉK.

**C. 76** Formativum rarissimum, vocali non variata, est *nyék*, significatione latiore, *confluxus in unum locum*, *spatium*, *interclusum*, *intercapedo*, *aliquid cavitati simile*. Duo occurrent vocabula, quae ego scio, sic formata. De *ár*, quod iam umbram notat, est *ár-*

*nyék*, umbrae confluxus; et de *kör*, orbis, circulus, est *kör-nyék*, circuli spatium interclusum, Tractus, Vicinia, Circuitus. Esthonus umbra est *warri*, Schatten, idem et verbum *warj-a-me*, beschatten, cum halitu obscuro quam nos negleximus, etiam vocalem in fine, sublatamque *r* de geminatis vocali producta compensavimus *ár*. Sed hoc nos distinguere debuimus, affixa *nyék* vocula, *árnyék*: ne confunderetur cum aliis eadem terminatione nominibus, *ár*, pretium, *ár*, inundatio, *ár*, subula.

Voculae *nyék*, consentit Arabicum *nék* et *nák*, eadem re ipsa significatione, quam exposui, con fluxus in unum locum, aliquid cavitati simile, cubiti flexura in interiore, certe aliquid his modis interclusum.

Fuit *nyék* apud antiquos nostros ferarium, spatium, ergo, ut modo dixi, interclusum, aliquid cavitati simile, intercapedo. Sunt etiam vici aliquot hoc nomine in Patria nostra, certe ab aliqua circumstantia iam memorata.

### TYÜ, TYÚ.

Rarum aequi formativum, vocali congruenter variata, est *tyü*, *tyú*, significatione genuina, *velum*, *velamen*, *involucrum*. Nomina facit de nominibus rerum, quae aliquid habere possunt instar velaminis, vel de quibus velamen parari potest.

Sic de *kéz*, manus, est *kez-tyü*, *z* leni in acutum *fz* abeunte propter sequens *ty*, *kefz-tyü*, ma-

num velamen, manica, chirotheca : de exoleto *karom*, pellis, affixa *an* postpositione *karman*, in pelle, de pelle est *karman-tyú*, velamen de pelle, pellita manica; sic prorsus de *sark*, calx, adiecta *an* postpositione *sark-an*, in calce, est *sarkan-tyú*, velamen in calce, calcar . . .

c. 77 Huc pertinent quaedam, adhuc nomina: *pattantyú*, velamen, involucrum ad explodendum, quod est reipsa bombarda, tormentum, quod nobis hoc nomen notat, derivatum de verbo *pattan*, exploditur; *kösöntyú*, velamen de monili, monile, nodus pallii interserti, monilibus ornatus, de *kös*, quod est monile, cum Chaldaico *kdasch*, idem significante, aperte conveniens, sed nobis *d* litera pereunte facilius probatum; ad haec *kopoltyú*, branchiae piscium; *sikoltyú*, vinculum catenarium temonum, iugamentum, et si aliqua dantur adhuc, alibi opportunius evolvenda. (Sed notandum est, quaedam participia, ex. gr. *tsergelő*, *zörgető*, *korgató*, de verbis *tserget*, *zörget*, *korgat*, vitiosa pronunciatione corrupta *tsergetyú*, *zörgetyú*, *korgatyú*, non posse hic referri.)

### ONY, ENY.

Formativum aequa rarum, vocali congruenter variata, est *ony*, *eny*, significatione hic accommoda, *ens*, *factum*, *res*. Auctiora facit nomina de nominibus primigeniis simplicissimis.

De prima radice *biz*, certus, est *biz-ony*, certa res, certus, verus; de exoleto *alats*, demissus, humi-

lis, est *alats-ony*, res demissa, demissus, humili; de *kesk* aequo exoleto, angustus, est ipse *kesk-eny*, angusta res, angustus; sic de *hév*, fervidus, est *hev-eny*, fervida res, et *hevenyében* est in fervente, id est ferventer, fervide; de *tak*, mucus narium, pituita, est *tak-ony*, mucosa, pituitosa res, | ipse mucus, ipsa c. 78 pituita.

Esthoniis mucus et pituita est *tat*, Koth, Schleim; idem fuit certe et nobis, nisi, quod nos *t* postremum in *k* mutaverimus, *tak*, et nomen de hoc auctius *tak-ony*. Substantiva sunt proprie *bizony*, *alatsony*, *keskeny*, sed invaluerunt in adiectivorum usu. De *alats*, nobis cum Turcis communi iam alibi actum est. Simplici *kesk* respondet Lapponicum *pask*, angustus, in ore nostro *p* in *k* mutato ...

### ALY, OLY, ELY, ÖLY.

Formativum de rarioribus quartum vocali congruenter variata et correpta, est *aly*, *oly*, *ely*, *öly*, ipsum certe *ály*, *ély*, vocali producta, loco suo iam explanata, eadem proinde significatione, *factum*, *opus*, *res*. Nomina, hac terminatione praedita, quia auctiora sunt, ulti patet derivata esse, sed eorum resolutio non est tam facilis propter primitivorum usum iam dudum exoletum.

De *fzug*, quod recessum et secessum notat, est *fzug-oly*, secessus res, angulus; de *gép*, elevans, attollens, est *gép-ely*, res attollens, machina, quia aliquid in altum levatur; de *mét*, pus, sanies, apostema, est *mét-ely*, | res purulenta, morbus ovium; de c 79

*teng*, transfigens, perforans, etiam portans, gestans, est *teng-ely*, res perforans, et res portans, axis, qui facit utrumque. De *gerend*, tignum, quod est utique potissimum, fundamentum contignationis factum, est *gerend-ely*, fundamentum aratri, etiam rotae axis. Clarissimum est de verbo *fog*, capit, nomen sic formatum *fog-oly*, res capta, captivus . . .

### ONTZ, ENTZ, ÖNTZ ET ASYLLABUM TZ.

c. 80 Formativum compositum, vocali congruenter variata, est *ontz*, *entz*, *öntz*: cuius parte priore *on* notatur *ens* vel *res*, posteriore *tz*, asyllaba ex *tzi* syllabico, *agens*. Compositum habet exempla: de *fürg*, *fürge*, hodieque usitato, quod recentem, vividum et agilem significat, est *fürge-ntz*, ens recenter agens, ens vivide agens, vi intensiore recens, vividus, agilis; de *virg*, nobis exoleto, eadem prope significatione, alacer, versutus, agilis, est *virg-ontz*, ens alacriter agens, alacer, versutus, agilis; de *köl*, aequo antiquo, coercitio, impeditio, cohibitio, est *köl-öntz*, res cohibitionem agens, lignum, luxurianti pecori alligatum in collo.

Radicem *virg* conservant adhuc Esthones, quibus hac est significatione, copiosius expressa, *munter*, *fleissig*, *hurtig*, *flink*, *geschäftig*, excitatus, diligens, alacer, agilis, negotiosus . . .

Exempla cum parte asyllaba: *orbántz*, gutta rosacea, erysipelas, morbi species cumprimis in vultu, proprio signum agens; deinde *ribántz*, lacerationem agens, laceratio in vultu . . .

## [CAPVT SECVNDVM.]

## DERIVATIONES ADJECTIVORVM.

## §. I.

## DE VERBIS TANTVM.]

## ÉKENY, ÉKONY.

Formativum adiectivorum compositum, vocalibus propriis est é-keny, et vocali accommodata in parte tantum posteriore é-kony. Derivat adiectiva de verbis, et proxime quidem de eorum participiis. Pars posterior keny, hac est significatione, *propensus*, tacite intelligitur *in aliquid*. Pars prior é, ex duobus est vocalibus concreta; continens in se participii formativum, pronomen ó; et mutativae particulae vá, vé, halitu neglecto, solam vocalem é, hic praedominantem, apte reddendam, *in praepositione accusativum regente*. Ipsa verba, de quibus fiunt huiusmodi derivationes, indica[n]t res, in quas est propensio, nominum forma, cum sint iam in participio.

Sic de verbo fél, cum vocali tenui, timet, metuit, praeparato participio, et adiectis partibus reliquis, fuit prima formatio, fél-ó-é-keny; concretis postea vocalibus contiguis invaluit forma hodie quoque usitata, fél-é-keny, propensus in timorem, in metum, vulgo timidus, pavidus. Similiter de verbo fáz-ik, cum vocali crassa, friget, alget, factum est fáz-ó-é-kony, deinde fáz-é-kony, propensus in algorem, algiosus, algori obnoxius.

c. 38 Alia sunt iam ultro solubilia: *dől-é-keny*, de *dől*, propensus in lapsus, prociduus; *hajl-é-kony*, de *hajol*, propensus in proclinationem, proclivis. Auctius est *szakad-é-kony*, de *szakad*, propensus in rupturam, divulsionem, fracturam, lacerabilis, dissolubilis, fracturae obnoxius. Quaedam de hac specie habent praemissam formationem olim usitatam, sed hodie exoletam: *esed-é-keny*, *neved-é-keny*, *töred-é-keny*. Singulare est *kár-t-é-kony*, propensus in faciendum damnum, in quo post *kár*, damnum, participium *tevő* de verbo *te-fz-en*, forma est simplicissima *tő*, de prima compositione *te-ő*; verum et haec, vocali cum mutativa concreta, manet asyllaba in sola *t* litera. Demum *alufz-é-kony*, propensus in somnum, praeter morem hodiernum habet participium *al-uſz-ó*, non *al-uv-ó* . . .

### ÁNK, ÉNK.

c. 52 Formativum de rarioribus quintum, vocali propria est *énk*, ea accomodata *ánk*; genuina significatio, gaudens, gratum, habens, pronus ad aliquid. Nomina, quae facit de verbis activis, et neutris, pauca quidem, adiectiva sunt potius quam substantiva, pro quibus habentur de iis nonnulla.

De activo *nyal*, lingit, est *nyal-ánk*, linctionem gratam habens, helluo, gulosus, lautitiarum assectator; de neutro *nyúl*, protenditur, extenditur, est *nyúl-ánk*, in protensionem pronus, qualis est iuvenis natus gracilior in altum crescens, procerus; de *fül*, fremit est *fül-ánk*, ad fremitum pronus, sed invaluit substantivi usu, notatque spiculum, aculum, quo cumprimis serpentes fremunt; de *fél*, timet, metuit, est *fél-énk*, in metum pronus, timidus, meticulosus.

Vix plura recurrent huius generis exempla. Sed vel horum secundaria significatio interna certe ea, quam ex posui, ultiro sentitur. Ad confirmandam sententiam **com**-mode se obtulit verbum Arabicum, sono eodem, et apta significatione *énk*, gaudere, et laetari, **gratum** charumque habere.

## [§. II.

## DE VERBIS ET NOMINIBVS.]

TA-LAN, TE-LEN,

etiam transpositis literis partis prioris

ATLAN, ETLEN.

Tertium formativum compositum, vocalibus con- c. 19  
grue mutatis est *ta-lan*, *te-len*, prioris partis vocali  
praemissa etiam *at-lan*, *et-len*. Facit derivatione in  
lingua nostra quam fertilissima, de substantivis, et  
de verbis, substantivorum valore sumtis, adiectiva,  
ut vulgo dicuntur, privativa; quorum ea est natura,  
ut subiecta, quibus apponuntur, indicent privata, et  
spoliata esse, rebus illis, quas substantiva et verba  
exprimunt, huiusmodi derivationum radices proximae.  
Verba in hac formatione sumuntur radice nuda, et  
nudata: substantiva sua forma prima. Et hae sunt  
res. Iam *ta*, forma propria, valet particulam *sine*.  
Accedit *len*, participium antiquum verbi substantivi  
*le*, de quo est auctius *le-sz-en*, hac certe significa-  
tione, *ens*, *existens*, forma hodierna *levő*; geminum  
alteri participio *valő*, ut prior compositi huius acces-  
sione adiectivi valorem accipiat.

Forma posterior *at-lan*, *et-len*, aptius adhaeret radicibus in plures consonas desinentibus; *ta-lan*, vero, et *te-len*, radicibus simplici consona terminatis; prior tamen et hic est satis frequens, usu fere promiscuo. In verbis est fere perpetua. Radicibus in vocalem exeuntibus concretione iungitur, paucis exceptis, praesertim, quae halitum habent in fine.

Sic de substantivo *kegy*, gratia, clementia, factum est *kegy-et-lan*, quod Latine aptius exprimitur retrograde, existens sine gratia, inclemens, crudelis. Alia expressione Hungarica, aequivalente *kegy-nélkül-való*. Pariter de *fog*, dens, est *fog-at-lan*, existens sine dente, edentulus, *fog-nélkül-való*. De substantivis *toll*, pluma; *pénz*, pecunia; *ok*, ratio; *ész*, mens, fiunt adiectiva privativa: *toll-at-lan*, implumis, *pénz-et-len*, non pecuniosus; *ok-ta-lan*, irrationalis; *ész-te-lan*, demens, amens.

A substantivis contractum amantibus: *irgalom*, misericordia, *irgalm-at-lan* immisericors; *figyelém*, attentio, *figyelm-et-lan*, non attentus.

A *ruha*, vestis, est *ruh-át-lan*, non vestitus; ab antiquo *béke*, pax, est *bék-ét-len*, inquietus. Magis sunt in usu *só-ta-lan*, insulsus, et *szó-ta-lan*, mutus, a *só*, sal, et *szó*, vox, verbum, loquela.

Iam exempla videamus a verbis primum monosyllabis. A *tud*, scit, factum est *tud-at-lan*, existens c. 20 sine scientia, inscius, ignarus; | a *vél*, opinatur, *vél-et-len*, existens sine opinatione, inopinatus. A *szok-ik*, svescit, *szok-at-lan*, insvetus; et a *szün-ik*, cessat, *szün-et-lan*, non concessans, continuus. A *sért*, laedit,

*sért-et-len*, illabefactus[!],\* *boml-ik*, collabitur, *boml-at-lan*, illabefactus.

Iam alia sunt proferenda a verbis polysyllabis. A *gondol*, cogitat, *gondol-at-lan*, existens sine cogitatione, incogitans, inconsideratus; *mivel*, colit, *mivel-et-len*, existens sine cultura, incultus; ab *olvas*, legit, numerat, *olvas-at-lan*, non lectus, non numeratus; a *keres*, quaerit, *keres-et-len*, non quaesitus; a *boltoz*, concamerat, *boltoz-at-lan*, non concameratus; ab *öltöz-ik*, induitur, *öl-töz-et-len*, non indutus.

Multa sunt a potentialibus expressione revera emphatica. A *lát-hat*, videre potest, *lát-hat-at-lan*, existens non possibilis videri, vulgo invisibilis; a *tel-het-ik*, expleri potest, *tel-het-et-len*, existens non possibilis expleri, vulgo inexplebilis.

Formativi pars prior, hac omnino forma *ta*, *tá*, exstat apud Lappones, et Fennos usu duplici. Primum adhibent in formando casu negativo, cum significatione particulae *sine*. Probant hoc exempla Lapponica: *cabmag*, calceus; et *kyttem*, gratiarum actio; de quibus casus negativus sic fit: *cabmag-a-tta*, sine calceo, *kytte-e-tta*, sine gratiarum actione. Confirmant etiam Fennica: *wieras*, hospes; *hywyys*, bonitas, quae | **negativum** casum, a genitivo formatum, sic dant: *wierah-a-tta*, sine hospite; *hywid-e-ttå*, [!], sine bonitate. Usurpatur porro ad derivanda adiectiva negativa, seu privativa: quo usu, *sicut nostrum nobis*, ita et Lapponibus et Fennis suum, increscit accessionibus, certe talibus, ut compositio prior, seu casus negativus, apte transeat in adiectivum. Nostrum *len* est participium antiquum, quale et Turcae habent, *en* prono-

---

\* Illaesus. [Nota editoris.]

mine natum pro *ō* sumto, quod hoc usu et hodie adhibetur, *le-ō*, *lē-vō*, eodem modo *le-en*, contractione facta *len*, vocali in affixione dudum correpta. Lapponum huiusmodi formativu **miam** auctum est *t-em*, *t-eme*, *t-emes*, et *t-is*: Fennorum vero *to-in*. In his *em*, *es*, *is*, *in* sunt certe participia verborum substantivorum: quorum explicatio in hoc opere iam saepius recurrit, his reipsa formis. Horum ergo significatio ista est: *ens*, *existens*, *factus*; et in *em-es* plane geminatio est, hoc certe sensu, *existens factus*. Quare a Lapponico *jerbme*, mens, derivatum *jerbm-et-eme*, *jerbm-et-em-es*, *jerbm-et-is*, vulgo demens, genuine hoc reddit, retrograda et hic expressione, *existens* sine mente, *existens factus* sine mente, *factus* sine mente. Sic etiam a *pelje*, auris; a *tjalme*, *tj* sibilante, *tsalme*, oculus, deducta adiectiva *pelj-et-eme*, *tsalm-et-em-es*, *tsalm-et-is*, coecus, eodem modo explicanda.

Similiter a Fennicis substantivis: *lepo*, quies; *raha*, pecunia; *wara*, penu; formata adiectiva, *lewo-to-in*, irquietus; *raha-to-in*, non pecuniosus, *wařa-to-in*, penu non provisus; genuine haec exprimunt, retrograda et hic interpretatione: *factus* sine quiete, *factus* sine pecunia, *factus* sine penu.

**C. 22** Sed Esthones in effingendis huiusmodi adiectivis utuntur solo *to* formativo, particula privativa, et participium, quod alii exprimunt, illi tacitum intelligunt. Sic a *kele*, Zunge, Sprache, *kele-to*, est illis stumm, sprachlos, proprie sine lingua; a *jalg*, Fuss, *jallo-to*, est **lahm**, proprie sine pede; ab *ön*, Glück, Glückseligkeit, *önne-to*, est unglücklich, unselig, proprie sine fortuna, sine beatitate.

Et nobis aliquando in usu fuisse breviorem hanc formationem argumento est, rarum, sed feliciter superstes vocabulum *mezit*, vulgo cum *láb* iunctum, *mezit-láb*, nudipes. Radix *mez* notat certe vestitum, indumentum; ut sic *mezit láb* est pes sine indumento; et formativo am-

plior serius invalescens, *mezi-telen*, etiam *meztelen*, vulgo nudus, nudatus, sic proprie existens sine induimento... Fuit eadem radix et verbum, hac certe forma, *mez-em*, *mez-el*, *mez-ik*, induor, indueris, induitur, cuius participium *mező*, hodieque superstes, *campum* et *rus* notat, locutione nimium translatum, indutum nempe, vestitum herbis solum.

## [§. III.

## DE NOMINIBVS TANTVM.]

## I.

Formativum *i*, in lingua nostra frequentissimum, ea est primum significatione in derivationibus, qua est participium *való*, in compositionibus, *pertinens*, *spectans*; habet praeterea et hunc valorem, *ortus*, *natus*, *factus*. Efficit adiectiva, patronymica, gentilia, possessiva, variique generis relationem exprimentia.

Sic *Buda-i*, *Győr-i*, *Pest-i*, patriam indicantia a civitatum nominibus, *Buda*, *Győr*, *Pest*, genuine haec reddunt, *Buda* ortus, *Iaurino* ortus, *Pestino* ortus, quae Latine sic dicimus, *Budensis*, *Iaurinensis*, *Pestivensis*. Similiter nomina gentilia, vulgo cognomina, et praedicata, *Berény-i*, *Dőri*, *Gosztonyi-i*, *Kér-i*, *Nádasd-i*, *Máda-i*, *Ráda-i*, a locis gentiliis, *Berény*, *Dőr*, *Gosztony*, [*Nádasd*,] *Kér*, *Máda*, *Ráda*, stricte sic explananda, ut superiora; sed quae nos Latina sic facimus, *Berényius*, *Dőrius*, *Gosztonyi*, *Kérius*, *Nádasdius*, *Mádaius*, *Rádaius*. Alia, variam relationem exprimentia. A nomine *ház*, domus, est

*ház-i*, ad domum pertinens, domesticus; ab *had*, exercitus, bellum, est *had-i*, ad exercitum pertinens, bellicus. De nomine *kéz*, manus, est *kéz-i*, quod manu fit, manuale: *kéz-i munka*, opus, quod manu fit, opus manuale.

c. 12 A nominibus, *föld*, terra, *viz*, aqua, sic sunt huius generis adiectiva: *föld-i*, terra ortus, terra natus, terrenus, terrestris; *viz-i*, aqua ortus, aqua natus, aquaticus, aquatilis. Exempla eadem substantivis iuncta illustrandi gratia: *földi bodza*, proprie terrestris sambucus, ebulum, chamaeacta; *földi fenyő*, terrestris pinus, chamaepytis; *viz-i borjú*, aquaticus vitulus, vulgo marinus; *vizi kigyó*, aquaticus anguis, enhydrus. De quibus apte dicitur proprium: *e terra ortus sambucus*, *ex aqua ortus anguis*.

Praesens hoc formativum *i*, isthic participii valore sumtum, est ipsum verbum substantivum, quod in hoc opere iam saepius recurrit. Quo nempe Lappones, Fenni et Esthones formant tempus praeteritum primum, quo etiam Turcae utuntur, licet defectivo; quo demum et Hebraei non pauca derivant verba de nominibus (Vol. II. pag. 647. et Vol. III. pag. —). Literarum *vav* et *jod* prona commutabilitate, forma simplici *va*, et *ja*, etiam *vaj* et *jaj*, auctione autem *hává* et *hájá*: cui adscribitur non tantum prima illa significatio *fuit*, verum et alia *factus est*, *ortus est*, *natus est*. De *vaj* est nostrum *vagy* et *j* in *l* mutato *val*; eiusdem ortus, eiusdem etiam significationis. De hoc est participium *való*, proprie *ens*, in compositionibus etiam *pertinens*, et *spectans*. Formativum *i*, eiusdem ortus, pariter, pro participio sumtum, in his certe derivationibus, praeter significationem primam *ens*, habet istas etiam, *pertinens*, *spectans*, deinde et alias, *ortus*, *natus*, *factus*. Ex accommoda significatione quam aptum formativum ad omnia huius generis adiectiva exacte exprimenda!

Utuntur eodem hoc formativo gentes orientales, a c. 13 quibus id ortum dicit. Facit et hic eadem, qua nobis frequentia, de nominibus propriis, et appellativis, adiectiva, qualia supra exposui verbis Schroederi (Intr. ad Fund. Ling. Hebr. pag. 114): patronymica, gentilia possessiva, variique generis relationem exprimentia.

AS, OS, ES, ÖS,

idem et leni sibilo superstes AZ, ÖZ,

etiam acuto ASZ, OSZ, ESZ,

sibilo in literam lingualem mutato AD, OD, ED, ÖD.

Primum est in his formativum, vocali congruenter mutata, *as, os, es, ös*, significatione genuina, *habens, possidens, continens, praeditus*. Adiectiva facit in lingua nostra quam copiosissima de substantivis, etiam de participiis, substantivorum vice sumtis. Et adiectiva sic formata indicant subiecta, quibus apponuntur, eas res habere, possidere, iis praedita esse, quas exprimunt ipsa substantiva, et participia, huiusmodi derivationum radices proximae.

Idem formativum superest ex usu antiquo, in c. 14 exemplis nonnullis, cum leni sibilo, ad ortum suum propiore, *az, öz*, etiam cum acuto, *afz, ofz, efz*. Viget praeterea et sibilo in literam lingualem mutato *ad, od, ed, öd*.\*

De exemplis proferenda sunt aliquanto plura, ad explanandam derivationis legem, nonnullis observationibus expositam.

---

\* In *d* exempla indicanda. [Nota auctoris.]

De substantivis, quae continua profero: *fog*; *dens*; *hal*, piscis; *gond*, cura; *szám*, numerus; *pénz*, pecunia; *szem*, oculus; *köd*, nebula; *füst*, fumus; sic facta sunt huiusmodi adiectiva: *fog-as*, dentibus praeditus, dentatus; *hal-as*, pisces habens, piscosus, pisculentus; *gond-os*, curam adhibens, curiosus; *szám-os*, numero praeditus, numerosus; *pénz-es*, pecuniam possidens, pecuniosus; *szem-es*, oculos habens, oculatus; *köd-ös* demum et *füst-ös*, omissa propria expositione ut vulgo redduntur, nebulosus, fumosus.

Quia hoc formativum a vocali inchoat, nomina contractionem amantia, id forma contracta accipiunt: ex. gr. *féreg*, vermis, *horog*, uncus, hamus; *kegyelem*, gratia; *hatalom*, potentia, sic dant huius generis adiectiva: *férg-es*, *horg-as*, *kegyelm-es*, *hatalm-as*; ut vulgo solet efferi, verminosus, aduncus, hamatus, gratiosus, potentia praeditus.

Nomina vocali terminata cum hoc formativo coalescunt per vocalium concretionem. De *fa*, lignum, et *só*, sal; post rudem formationem primam, *fa-as*, *só-os*, facta vocalium concretione, haec sunt derivata iam enphonica, *fá-s*, *só-s*, lignosus, salsus. Sed in *ú* desinentia, quorum exempla iam alibi sunt  
 c. 15 data | (Vol. I. pag. 248.) sua vocali expuncta, amiciora sunt formativo *as*: ex. gr. de *fiú*, filius, est *fi-as*, filium habens; de *borjú*, vitulus, est *borj-as*, vitulum habens.

Participia temporis praesentis: ex. gr. *tartó*, tenens, durans; *tudó*, sciens; *harapó*, mordens; *ragadó*, adhaerens; *émelygő*, nauseans; *viselő*, gestans; accepto hoc formativo, per vocalium concretionem,

abeunt in substantiva [!] apposite exprimenda : *tartó-s*, tenacitatem habens, tenax, durationem habens, durabilis ; *tudó-s*, scientia mhabens, doctus, eruditus, literatus ; *harapó-s*, mordacitatem habens, mordax ; *ragadó-s*, adhaerentiam, tenacitatem, viscum habens, lento, tenax, viscosus, reglutinatus ; *émelygő-s*, nau-seam habens, nauseosus ; *viselő-s*, de foemina dicitur, onus habens utero, praegnans, gravida.

Iam participia veniunt temporis praeteriti. Rarissima sunt huiusmodi exempla : *halott*, funus, dat de se *halott-as*, funus habens, funerarius ; *nyert*, lucratus est, vicit, dat de se *nyert-es*, lucrum, victoriam, evictionem habens, lucrans, vicit, evincens. Adiectivum *járt-as*, experientiam habens, expertus, videtur esse a praeterito *járt*, participii valore, is, qui ambulavit, qui versatus est in rebus. Sed huius forma alia *jár-at-os*, monstrat radicem *jár-at*, substantivum absolutum, quasi ambulatus, versatio perfecta in rebus, experimentum : ut proinde *jár-t-as* contractum sit ex *jár-at-os*. Vocabulum *biz-t-os*, valde nunc agitatur. Est hoc rectum omnino, hac formatione et simili contractione. Nam *bíz-at*, substantivum ab verbo *bíz-om*, *réá bíz-om a dolgot*, committo ipsi rem, est reipsa commissum ; ergo *biz-at-os* et contracte *biz-t-os*, est commissum habens, commissarius. | Innumera sunt talia, sed non con- c. 16 tracta, a substantivis absolutis, in lingua nostra quam frequentissimis : *hall-at-os*, sonorus, clarus ; *lát-at-os*, adspectabilis ; *nevez-et-es*, nominatus, celeber, clarus ; *tisztel-et-es*, venerabilis, et alia.

Irrepsit in hanc derivationem forma quaedam vitirosa, certe non ad analogiam exacta, exemplis tamen, quod perquam opportune accidit, rarissimis, vix pluribus, quam summum sex. A substantivis *fzorgalom*, diligentia, sollicitudo; *alkalom*, opportunitas, aptitudo, etiam pactum, conventio; *figyelem*, attentio; *fzerelem*, amor; recta formatione secundum analogiam, sic fiunt huius generis adiectiva, suntque revera sic etiam facta, cum et sic usurpentur: *fzorgalmas*, diligens, sollicitus; *alkalmas*, opportunus, aptus, idoneus; *figyelmes*, attentus, intentus; *fzerelmes*, amabilis. Accedit his etiam *kellemes*, placitus, a *kellem*, placentia, alterius speciei nomine. Invaluit tamen et alter usus, et firmiter quidem, licet contra omnem analogiam; ut praesenti adiectivorum formativo *es*, *os*, praemissum sit formativum substantivorum absolutum *at*, *et*, hac compositione *at-os*, *et-es*: *fzorgalm-at-os*, *alkalm-at-os*, *figyelm-et-es*, *fzerelm-et-es*, *kellem-et-es*, *öröm-et-es* (Komjáthi). Linguae usu latissimo *at*, *et*, de verbis format substantiva: quid hic facit substantivis adiectum? Sunt nempe delusi incauti homines exemplis singularibus: *folyam-at-os*, fluiditatem habens, fluidus; et *élem-et-es*, proiectam aetatem habens, grandaevus; horumque similitudine illa sua finixerunt. Non pviderunt discri-  
men, et ex eo rectam horum rationem. Nam praemissae formationes, *folyam-at*, *élem-et*, sunt a verbis *folyam-ik*, *élem-ik*, rectae proinde: rectae sunt ab his etiam sequentia *folyam-at-os*, *élem-et-es*.

C. 17 Praesens formativum est ipsum *dsü*, vel ut alii legunt, *zü*, arabicum, cuius significatio est, *dominus*, *possessor*, *habens*, *possidens*, *praeditus*, *dotatus*. Haec vocula, ex lingua primigenia ad nos etiam propagata, accommoda significatione, arrepta est pro formativo; sed vocali in hoc usu consonae praemissa.

Principio dedit sibilum lenem, origini suae propiorem. Probant hoc formationes antiquae hodieque super-

stites. Adiectivum *ig-az*, iustus, verus, rectus, aequus, est reipsa hoc formativo natum ; cuius proinde significatio genuina sic exprimi debet : iustitia, veritate, rectitudine, aequitate praeditus. Viguit olim radix *ig*, horum omnino substantivorum valore. Nam viget apud Arabes *hek*, levi reductione *hig*, *ig* nostrum clare etiam significatione conveniente, ius, quod iure debetur, iustum, veritas. In usu est apud Persas *hüde*, facile et hoc reductione *hid*, *hig*, *ig*, aperte nostrum, eodem valore, veritas, iustum, verum. Clarius est apud Esthones : *öig*, certe substantivum, licet illi adiective sumant, recht, gerecht, rechtschaffen, billig. Derivata *szár-az*, siccus, et *szár-ad*, siccatur. resectis accessionibus diversis, dant *szár*, sibi utrobique consentiens, radicem sane primam, cuius significatio esse debet *siccitas*. *Szár-az* ergo est siccitate praeditus. Sed existit apud Lappones verbum *sárw-ot*, exarescere, cuius radix *sárw*, est certe *ariditas*. Omitto orientales. Vacula *üd* communis nobis cum Arabibus, ut iam alibi evolutam dedi, est *salus*; de hoc adiectivum hoc formativo natum, sed praemisso halitu obscuro, *üd-v-öz*, est certe salutem habens, salvus ; et *üd-v-öz-légy*, valet, salutem habens esto, salvus esto, salve. Halitus interiectus est etiam in *hit-v-es*, et *hit-j-es*, vulgo coniunx, praeterea fidelis, sed propria signifi | catione fidem habens.

C. 18

Sunt exempla sibili etiam acuti. Nam *rav-a/sz*, sic formatum est fraude, dolo praeditus, a radice *rav*, quae viget apud Persas *riw*, fraus, dolus, stratagemma. Sic etiam *ege-sz*, vulgo integer, est integritate praeditus, et iam valetudine praeditus, ab *ege*, nomine levi reductione sic restituto ex Lapponico et Esthonicō, iisdem reipsa significationibus, integritas, valetudo. Facile evolvuntur talia esse *kopasz* et *gonosz*, calvitiem habens, iniquitate praeditus et alia.

Nota est sibilantium literarum commutabilitas in linguales *d* et *t*. Formativum *oz*, *o/z*, *os*, sic abiit in *od*, eadem significacione: cuius usus est apud nos in formandis numeris ordinalibus: de quibus loco proprio egi quam diligentissime (Vol. I. pag. 281. et seqq.).

Utuntur hoc formativo sic omnino, ut nos, ad derivanda adiectiva de substantivis, et Lappones, et Fenni, et Esthones. Lapponica sunt exempla: *alw-os*, horrendus, terribilis, ab *alw*, horror, terror; *tjårw-os*, corniger, a *tjårwe*, cornu, *tj* cum sibilo exprimendum, *tsårwe*, nobis *szarv*, aequo cornu; *elem-es*, vitalis, ab *elem*, vita; et *peljes*, auritus, a *pelje*, auris; quae itidem aperte congruunt cum nostris, *pelje*, reductione eget, *p* in *f* mutato, et additamento resecto, *fül*, de quo et nos habemus *föl-es*. Dantur et Fennica: *kielas*, linguosus a *kieli*, lingua; *wieras*, hospes, peregrinus, a *wieri*, latus. Demum et Esthonica: *römus*, *frölich*, a *röön*, Freude; *werris*, blutig, a *werri*, Blut; *önnis*, glücklich, ab *ön*, Glück. Conveniunt et ista cum nostris: *öröm* et *vér*; sed *ön* iam exoletum, de quo est in Funebri Sermone participium *önött*.

### Ú, Ü, IN ADJECTIVIS COMPOSITIS.

c. 34 Formativum *ú*, congrua mutatione *ü*, non confendum cum priore, quo acutius est, licet eadem simplici sit forma. Latet in eo verbi substantivi semen *va* et pronomen *ü*, participium de eo formans usu contractum, et truncatum significacione propria, *habens*, et alia accommoda *praeditus*.

Adiectiva facit tantum de substantivis, ea etiam illo dumtaxat casu: si huiusmodi substantivis praemissa sint adiectiva aliam proprietatem explicantia rerum, iis substantivis expressorum, quae in aliquo

adesse memorantur, ad laudem, vel vituperium. Quare cum adiectiva hoc formativo nata nunquam sola sint in usu, sed cum adiectivis aliis semper coniuncta; nos ea recte vocamus adiectiva composita, addito ipso etiam fine, ad laudem, vel vituperium.

Damus iam exempla: *mély tudományú*, profundam scientiam habens, vel profunda scientia praeditus; *rozs indulatú*, pravam affectionem habens; *nagy szájú*, magnum os habens; *szép természetű*, pulchra habitudine praeditus; *gonosz lelkű*, malitioso animo praeditus; *sok pénzű*, multam pecuniam habens.

Verbi substantivi *vagyon*, hodie iam aucti, semen c. 35 primum *va*, eadem significatione, *est* et *habet*, accidente ii pronomine, sed eo iam accommodato *ú*, participium factum est: rudi coniunctione prima *va-ú*; postea vocali *a* per *ú* absorpta *vú*; demum amisso halitu solum *ú*, et congrua mutatione *ü*, significatione genuina, *ens* et *habens*. Linguae historia, halitus *v* amissionem, et residnae vocalis concretionem cum praecedente, et sequente vocali, satis docet in *vá* particula mutativa. Est illi praesens hoc *va* prorsus analogum, proinde iisdem etiam mutationibus obnoxium: ut ex *ú* et *ü*, contracto, et truncato, eoque in exemplis compositis eandem omnino vim, quam ultro sentimus, satis clare indicante, tuto potuerim evolvere, linguae factum reconditum . . .

### BÉLI.

Formativum compositum est *béli*; cuius partem c. 30 priorem facit postpositio *ből*, vocali accommodata

*ból*, Latine *ex*, hoc usu vocali *semper* in é mutata *bél*; posteriorem vero constituit formativum *i* iam explanatum, *existens*. Postpositio substantivis affixa, ex. gr. *meny-ból*, *pénz-ból*, *tanáts-ból*, *város-ból*, hunc facit sensum: a *coelo*, e *pecunia*, e *senatu*, e *civitate*. Accedens his formativum *i*, postpositionis vocali mutata: *meny-bél-i*, *pénz-bél-i*, *tanáts-bél-i*; *város-bél-i*, hanc adfert expressionem: e *coelo existens*, e *pecunia existens*, e *senatu existens*, e *civitate existens*, communi efferendi more, coelestis, pecuniarius, senatorius, civicus.

## NYI.

c. 36 Pro adiectivorum formativo sumimus particulam *nyi*, proprie nomen, cuius genuina significatio est *quantitas*, *magnitudo*; quia composita, quae facit substantivis affixum, in lingua nostra adiectiva sapiunt; et licet ea Latine exacte redditia alia sint forma, tamen et hic sunt instar appositionis. Sic de *anya*, fit *anyá-nyi*, idem iam constructum *anyá-nyi a' leánya*, proprie matris magnitudine, qualitate est eius filia, matre magna [!], quanta mater, tanta est filia; de *arasz*, spithama, fit *arasz-nyi*, et hoc constructum *egy arasz-nyi a' nyilása*, unius spithamae magnitudine, unius spithamae quantitate est eius apertura; quanta spithama, tanta est apertura.

Huius particulae evolutionem dedi iam alibi in pronominum compositorum explanatione (Vol. I. pag. 436. et seqq.) . . .

## SÓ, SÖ.

Formativum, propria vocali *sö*, ea accommodata c. 22  
*só*, hanc hebet significationem, *existens*, geminum  
 participio notiori, *való* et *lévö*. Pauca format adie-  
 tiva de nominibus, ex accommoda significatione  
 particularum valore usurpati, iisque simplicibus,  
 et auctis, subiecti locum indicantibus.

Talia sunt nomina, quae sequuntur: *el*, prin- c. 23  
 cipium, initium; *fel*, excelsum, altum, sublime; *al*,  
 imum; *bel*, internum; *kül*, externum; *fzél*, extre-  
 mum, extremitas; *tul*, trans, ulterius; *hát*, dorsum,  
 tergum; *út*, vestigium; *vég*, finis; de quibus non-  
 nulla comparent et aucta, *elöł*, a principio, *hátúł*,  
 a tergo; *utól*, a vestigio. Acceditur alia aequa  
 aucta, sed non eadem ratione, *innet*, cis, et *közép*,  
 medium.

His formativum praesens congruenter affixum  
 facit adiectiva: *el-sö*, ut vulgo redditur primus, pri-  
 marius; *fel-sö*, superior, supernus; *al-só*, inferior,  
 imus; *bel-sö*, internum; *kül-sö*, exterior, externus;  
*fzél-sö*, extremus; *túl-só*, ulterior; *vég-sö*, finalis, ex-  
 tremus. Sed horum expressio genuina alia est radi-  
 cum et formativi valore rite expenso: principio  
 existens, excelsa existens, imo existens, externo  
 existens, extremo existens, a tergo existens, a vesti-  
 gio existens. Aucta posteriora: cis existens, medio  
 existens.

Substantivi verbi forma Persica *šii*, Arabica *schaj*,  
 Hebraea *jesch* iam saepe exposita est. Devenit hoc ex

lingua primigenia ad maiores nostros, esto etiam sibilo aspero, *sō*; factumque ex eo participium more nostro *sō-ō*, accidente concretione *sō*, existens; et durat hodie que ex accommoda significatione pro formativo adhibitum, in aliquot his derivatis rarioribus.

### AG, OG, EG.

c. 56 Adiectivorum formativum non admodum multorum, propria vocali *ag*, ea congruenter mutata *og*, *eg*, significationem habet eandem quam *os*, formativum modo expositum, eaque ampliorem, *habens*, *possidens*, *praedilus*, *adhibens*, *intentus*, *occupatus*.

c. 57 Sic *bal-og*, est sinistram manum adhibens, sinister, laevus, scaevus, de *bal*, quod ipsum iam adiectivum est, sinister, laevus, idem et substantivum, vulgo manus laeva; pariter et *gyal-og*, est pedibus intentus, pedibus occupatus, pedes, pedester, pedestris, de *gyal*, nobis cum Lapponibus, Fennis et Estonibus communi, quod *pedem* notat; ita et *lov-ag*, equo occupatus, equum habens, eques, equester, equestris, de *lō*, cum halitu *lov*, equus. Sic etiam *rét-eg*, plicas habens, plicatilis, de *rét*, plica, stratum; pariter *ür-eg*, est cavitate praeditus, cavus, alveolus, de *ür*, cavitas. Deinde *hid-eg*, frigus habens, algorem habens, frigidus, algidus, de proxima radice *hid*, quae est de simplicissima *hi*, *hü*, frigus, algor, aucta *ed* formativo *hied*, *hid*, frigus est, frigus ens. Postremo et *mel-eg*, est calorem habens,

calidus, certe de *mel*, iamdudum exoleto, quod calorem notare debuit.

Significationem formativi *ag* cur determinarem ex significatione formativi *os*: sufficientem reperi rationem in usu et nostro et cumprimis Lapponico. Inter adiectiva huius derivationis, licet tam pauca, habemus tamen duo: *lovag*, et *üreg*: quae etiam cum *os* formativo adhibemus, *lovas*, et *iires*, eadem significatione, eques, equester, *cavus*, vacuus. Sed Lapponica exempla, *os* formativo derivata, fere singula exprimuntur et alio formativo *ok*, fortí consona palatali [!] *k* pro crassa *g*. Sic *tjårwoſ*, et *tjårwåk*, corniger, a *tjårwe*, cornu; *hewes*, et *hewok*, splendidus, magnificus, ab *hewe*, honor; *fuorkes*, et *fuorkok*, lepidus, iocosus, a *fuorke*, risus.

Habent et Fenni idem hoc formativum, sed vocali postposita *cko*: ex. gr. *suu-cko*, verbosus, a *suu*, *os*; *kiwi-ckö*, petrosus, a *kiwi*, lapis. Videmus hic nostra, *száj*, et *kö*, cum halitu *köw*.

### ON, ÖN.

Formativu *mon*, vocali accommodata *ön*, est ipsa c. 39 particula *an*, quae recurret inter postpositiones, hic tantum praepositione *in* reddenda. Paucis admodum substantivis affixum circumscribit adiectivum, per appositionem aliis substantivis praemissum. Sic de *vad*, quod est *fera*, et *ferus*, factum est *vad-on*, in fera, aptius in feris, vel in fero; idque praemissum substantivo *vad-on* *erdö*, eadem expressione silva in feris, silva in fero, id est silva fera, etiam silva ferarum. Similiter de *haj-ad*, capillatus, quod est diminutivum de *haj*, capillus, ortum est *haj-ad-on*, in capillis, et idem cum substantivo *haj-*

*ad-on leány*, puella in capillis, id est puella innupta, non velata. Loquendi ratio a more Hungarorum, apud quos puellae nondum nuptae non velant caput, suntque in capillis tantum.

Eodem modo *költs-ön*, de *költs*, est in mutuo, et *költs-ön pénz*, pecunia in mutuo, id est pecunia mutua. Sed hoc sumitur etiam instar adverbii: *költsön adtam*, *költsön vettem*, mutuo dedi, mutuo accepi. Pariter et *kül-ön*, de *kül*, est in separato, vulgo separatim, seorsim . . .

[§. IV.]

Ü, Ú, A, E, I, Ö, Ó, in participiis.

c. 31 Participia sunt adiectiva, verborumque significaciones, veluti proprietates, adiiciunt subiectis, quibus praemittuntur. Sunt eadem saepe etiam substantiva. Nos ea hic sumimus in praesenti potissimum tempore, usu quidem antiquo, sed recenti, et hodierno etiam in futuro.

Formativum participii temporis praesentis ostendimus loco suo (Vol. II. pag. 792. et seqq.) esse pronomen ö, vocali accommodata ó, valore proprio *is*, *ille*, sed hic relativo *qui* reddendum, si partium resolutio apte est Latine exprimenda.

Hoc autem pronomen usu antiquo afferebatur ore rotundissimo ü, et ú. Qua forma supersunt hodieque non pauca participia vetusta, pro adiectivo usitata, pleraque de verbis *or* formativo auctis, et alia de aliis: ex. gr. *gyönyör-ü*, delectabilis, amoe-

nus; *keser-ű*, amarus; *szomor-ú*, tristis; *sanyar-ú*, afflictus, moestus; *fanyar-ú*, adstringens; deinde *könny-ű*, levis; *karts-ú*, gracilis; *savany-ú*, acidus.

Abiit idem hoc pronomen iam olim in alias quoque vocales, *a*, *e*, *i*, euphoniae studio sensim invalesce. Sic de verbo *szapor*, participium est | more Persico, eodem et nostro, *szapor-a*, auctificus, c. 32 foecundus; de verbo *tel-ik*, est *tel-e* et *tel-i*, plenus.

Usus recentior, et hodiernus, pronomine *ő*, et *ó*, iam fixo, quaecunque format participia tam praesentis, quam futuri temporis eadem etiam adiectiva facit. Sic sunt participia praesentis temporis: *szeret-ő*, amans, de verbo *szeret*, amat; *kés-ő*, tardus, de *kés-ik*, tardat; *bájol-ó*, incantans, a *bájol*, incantat; *buzg-ó*, servidus, a *buzog*, fervet. Sic alia futuri temporis: *hal-andó*, moriturus, de *hal*, moritur; *vesz-endő*, periturus, a *vesz*, perit.

Accipiunt participia complura vim substantivorum. Promuntur exempla cum prima pronominis forma: *hábor-ú*, turba, motus, tumultus; *sarj-ú*, cordum, sicilimentum. Dantur alia cum forma secunda: *balt-a*, securio; *tsat-a*, pugna, proelium. Sed plurima usurpantur forma recentiore, et hodie iam fixa: *szab-ó*, sartor; *ás-ó*, fossor, et rutrum, fossoris instrumentum; *vev-ő*, emtor; *vés-ő*, caelator, et caelum, seu caestrum, caelatoris instrumentum.

Nota verborum derivatione per formativum *or*, clara sunt horum participia, *gyönyörű*, *szomorú*, et alia. Sed reliqua mira videntur. Arabibus *hon*, est verbum, levis fuit. Id olim et nobis sic fuit in prima simplicitate, labiis nostris accommodata: *köny-öm*, *köny-öl*, *köny-ik*, levis sum, levis es, levis est; et de hoc participium ultro natum *köny-ű* [!], levis.

## [CAPVT QVARTVM.]

## TERMINATIONES PEREGRINAE.

c. 81 Audiuntur in lingua nostra quaedam terminations peregrinae, in ipsis vocibus peregrinis, etiam in domesticis, inde in ea translatis. Praecipuae sunt *tza*, *tze*, *lya*, *lye*, et *nya*, *nye*, exemplis satis frequentibus; quaedam rarissimae *gya*, [*gye*,] *tya*, *tye*: et quae cum formativis nostris iam explanatis conveniunt.

Sic *medentze*, pelvis, acetabulum, est de Slavico *medenice*; ita etiam *szekertze*, securis de *sekerica*. Deinde *gereblye*, rastrum, de *grablye*, *greblye*; et *tsoros[z]lyा*, culter praecisorius in aratro, vomer de *csereslo*. Sed *mereglye*, merga, est de ipsa hac voce Latina, modica mutatione facta *mereg*, et addito affixo peregrino *mereglye*. Singulare est *ereklye*, Sanctorum reliquiae et hoc de ipsa voce Latina, corruptione, et transpositione literarum deformatum, ut fiat Hungaricum. Redimus ad Slavica. Sic *tseresnye*, cerasus, habet terminationem de Slavico *chrésnya*; et *velsernye*, preces vespertinae, de *vechernya*. Iterum Latina veniunt: *kalangya*, de *gelina*, foeni cumulo, vel acervo; *sekrestye*, de *sacristia* . . .

Est *tarhó* vocabulum notissimum, lac coagulatum, lac acidum: de hoc deductum *tarhonya* est cibus, lacte coagulato, lacte acido paratus.

c. 83 Observavimus ad derivanda verba, quam plurima, praesertim de primitivis seminibus simplicissimis, adhibita fuisse verba simplicia, sono vario,

de primis linguae primigeniae dialectis, dupli potissimum significatione *est, fit*, deinde *facit, agit, operatur*. Ita increvit apud nos etiam substantivorum ingens copia. Partim enim eadem haec formativa verborum, partim alia sunt assumta, primitivis affingenda, sono vario, sed hic iam nominis valore exprimenda, *ens, res, factum, opus, perfectum, absolutum*.

Sed quemadmodum in verbis, ita etiam in nominibus, dantur et alia auxilia: quibus primitivorum notiones primariae varie modificantur per alias secundarias. Huiusmodi formativa eluent iam in substantivis, sed magis in adiectivis et diminutivis.

Diligentia mea eo est progressa: ut huiusmodi formativa, etiam rarissima, quae duobus summum exemplis superessent, darem quam fidelissima eruderata. Pauca neglexi, et ea singularibus tantum exemplis: quae, in affinium linguarum collatione, utique, recurrent; et mutatae, vel additae literae rationem, quae nobis formativa videtur, pulchre explicant.

## SECTIO TERTIA.

### DE PARTICVLARVM DERIVATIONE.

#### NOTIONES PRAEVIAE SPECIALES.

##### §. I.

#### PARTICVLARVM GENERA.

D. 41 Iam particulae sequuntur, quam Grammatici antiqui coniunctiones vocarunt, eae nimirum voculae, quae substantiarum relationes, qualitatum praeterea, et habitudinum circumstantias, item et animorum motus varie exprimunt; propositiones demum, harumque partes inter se iungunt.

Ex quo particularum genera quatuor distinguimus, totidem capitibus explananda: primo quidem postpositiones, quae praepositiones sunt gentibus aliis, deinde adverbia, interiectiones, et coniunctiones.

##### §. II.

#### ORIGO ET PROPRIETAS.

Sic sunt et nostrae, quemadmodum orientalium particulae, sua origine, et proprietate, revera nomina, partim substantiva, partim adiectiva: quae ex accommoda significatione sua translata sunt ad usum

particularum. Earum pars maxima clare indicat suam hanc originem, et proprietatem. Pars bona explicabilis est affinium linguarum subsidiis. Pauca restant obscuriora, sed dabuntur ea etiam utcunque evoluta.

## CAPVT I.

### DE POSTPOSITIONIBVS.

Ad postpositionum derivationem rite evolucionem, praemittere debeo earum cognitionem primam. Apte subiungo postea simplicium etiam auctarum sed monosyllabarum origines et significationes. Addo postremo auctarum compositionem, partibus varia ratione coalitis, seu ipsam iam derivationem.

#### §. I.

### POSTPOSITIONVM PRIMA COGNITIO.

Ad primam postpositionum cognitionem refero nominis rationem, divisiones potiores, et ipsa earum exempla, adiecta significatione communi.

#### A. NOMINIS RATIO.

Particulae, quae Latinis praepositiones dicuntur, in lingua nostra, praeter morem Europaeorum, nominibus quidem semper postponuntur.

Et aliae, sic positae, coniunctim sumuntur, ut cum nominibus in unam vocem coalescant: ex. gr. *pénz-ért*, pro pecunia; *a' tónál*, apud paludem; Hungarica collocatione, pecunia-pro, palludem-apud. Aliae intervallo distinctae adhibentur: ex. gr. *a' ház*

*megett*, pone domum; *dél után*, post meridiem; nostro more, domum pone, meridiem post.

D. 42 Eaedem tamen, quae cum nominibus usurpan-  
tur, et coniunctim, et distinete, pleraeque com-  
punctur etiam cum verbis. In hoc nexus solent illae  
his praefigi: ex. gr. *általfut*, transfugit, *elmegyen*,  
abit. Non tamen ita arcte iis adhaerent: ut in  
varia huiusmodi verborum constructione, non etiam  
quandoque separantur, et posponantur: ex. gr. *által  
nem fut*, non transcurret, trans non curret; *el nem  
megyen*, non abbit, ab non ibit; deinde *fuss által*,  
transcurre, curre trans; *menj [el*, abi, i ab.

Cum ergo neque in verbis constans sit harum  
particularum praefixio, et denominatio a potiori soleat  
fieri: has recte nos vulgo postpositiones dicimus.

## B. DIVISIONES POTIORES.

### 1. AFFIXAE ET SEPARATAE.

Postpositiones, quae cum nominibus usurpan-  
tur, pro duplii eas adhibendi ratione, etiam no-  
mine duplii notamus: *affixas* dicimus, quae con-  
iunctim ponuntur, ut supra vidimus *ért* et *nál*; alias  
vero *separatas*, nominibus intervallo distantes, ut  
supra erat *megett* et *után*.

### 2. NEXILES ET NON NEXILES

#### CVM PRONOMINIBVS AFFIXIS.

De affixis et separatis, pleraeque, dum ad per-  
sonas referuntur, accipiunt earundem affixa prono-

mina, secundum leges omnino nominum, resumto utique nominum valore, quem habent sua origine, et proprietate: ex. gr. *nál-am*, *nál-ad*, *nál-a*, apud me, apud te, apud illum; *után-am*, *után-ad*, *után-a*, post me, post te, post illum. Paucae sunt, quae nominibus quidem affiguntur, ad indicandas eorumdem relationes ad alia: sed quae ipsae nunquam tamen iunguntur cum pronominibus affixis. Illas *nexiles*, has vero *non nexiles* vocamus *cum pronominibus affixis*.

### 3. SIMPLICES ET AVCTAE, SEV COMPOSITAE.

Sunt aliae postpositiones, primigenia forma sua nuda, monosyllabae et significatione simplici: quas propterea simplices vocamus. Alias, quae sunt paulo plures, *auctas* dicimus vel *compositas*: quae ad primigeniam formam nudam assumtas habent accessiones varias; et quaedam clare insinuant his ad primariam notionem adiectam esse et secundariam; quaedam partium componentium significatione vera non latente, cum simplici notione sumuntur, et secundaria in ipsis prorsus non sentitur.

De illis secundariis, quae se ultro insinuant, D. 43 precipuae sunt notiones motus ad locum, quietis in loco, et motus de loco. Eas vero accessiones distinctas, quae tres istas notiones excitant, quaedam radices assumunt singulas, eaedemque iam triplici comparent forma auctiore; quaedam de tribus

duas tantum recipiunt, suntque dupli forma auctiore; quaedam de tribus admittunt unam dumtaxat, et unam forma auctiorem.

Nonnullae aliis increscunt accessionibus, ac propterea aliis pollent significationibus secundariis, quae tamen hodie, ut supra dixi, non sentiuntur.

Auctae sunt pleraeque dysyllabae: paucae trisyllabae. Dantur vero quaedam etiam monosyllabae: quas ex forma auctiore contraxit vel concretio, vel expunctio vocalium.

### C. EXEMPLA

#### ADIECTA SIGNIFICATIONE COMMVNI.

Iam ipsa postpositionum exempla sunt ob oculos ponenda, secundum divisiones memoratas, adiecta significatione communi, licet non adaequata, per convenientes Latinorum praepositiones; quaedam tamen, quibus non est in promptu apta Latina praepositio, vi propria expressa.

#### 1. POSTPOSITIONES SEPARATAE.

##### A. CVM AFFIXIS PRONOMINIBVS NEXILES.

###### 1. EXCITATA NOTIONE SECUNDARIA

Motus	Quietis	Motus
Ad locum.	In loco.	De loco.
<i>Al-á</i> , Infra, sub.	<i>Al-att</i> , Sub, subtus, <i>Al-úl</i> , Inferne. subter, infra.	

<i>Bel-é.</i> In, intro.	—	<i>Bel-ől.</i> Intus, ex.
—	<i>Benn-ett.</i> In, intus.	
<i>Elő-ve.</i> Prae.	<i>Elő-tt.</i> Ante, coram.	<i>Elő-l.</i> Prae, ante.
<i>Fel-é.</i> Versus, citer.	—	—
—	<i>Fel-ett.</i> Super, supra.	<i>Fel-ől.</i> Superne, desuper.
<i>Hoz-zá.</i> Ad, erga, circa.	—	
—	<i>Hegy-ett.</i> Super, supra.	—
—	<i>Kivül-ött</i>	<i>Kiv-ül.</i>
—	<i>Környül-ött</i>	<i>Körny-ül.</i>
—	<i>Körül-ött</i>	<i>Kör-ül.</i>
<i>Köz-é.</i> Intra, inter.	<i>Köz-ött,</i> inter.	<i>Köz-ül.</i> E medio, ex.
—	<i>Közep-ett.</i> In medio.	—
<i>Meg-é.</i> Pone.	<i>Meg-ett.</i> A tergo, pone, post.	<i>Meg-ül.</i> A tergo.
<i>Mell-é.</i> Penes, iuxta, ad.	<i>Mell-ett.</i> Penes, circa, prope.	<i>Mell-ül.</i> Penes.
<i>Reá.</i> Super.	<i>Rajt.</i> Super.	—

## 2. NOTIONE SECUNDARIA LATENTE.

<i>Által.</i> Per, trans, ultra.	<i>Ellen.</i> Adversus, contra.	<i>Miatt,</i> mián. Ab, propter, praे.
<i>Aránt</i> et <i>iránt</i>	E regione, e directo, iuxtim.	<i>Enyett.</i> Loco, vice <i>Ér-ett.</i> Pro, ob, propter.
		<i>Nelkül.</i> Sine, absque, praeter.
		<i>Után.</i> Post. <i>Hely-ett.</i> Loco, vice.

\* *Arány* Turcis *arán*, modus, mensura, proportio. [Nota auctoris.]

## B. CVM AFFIXIS PRONOMINIBVS NON NEXILES.

## NOTIONE SECUNDARIA LATENTE.

D. 44	<i>Elvő.</i> Trans, ultra. *	<i>Kerefztül.</i> Transversum, crucis instar, crucis modo.	<i>Túl.</i> Trans, ultra.
	<i>Gyanánt.**</i> Instar, pro, loco.	<i>Szerént.</i> Secundum, instar.	<i>Végett.</i> Fine, proper, ob.
	<i>Képest.</i> Respectu.		<i>Vizett.</i> Loco, vice.

## 2. POSTPOSITIONES AFFIXAE.

## A. CVM AFFIXIS PRONOMINIBUS NEXILES.

<i>Ben.</i> In, intus.	<i>Nál.</i> Apud, penes.	<i>Ról.</i> De.
<i>Ért.</i> Pro, propter.	<i>Nek.</i> Adversum.	<i>Töl.</i> Ab, abs.
<i>Hoz.</i> Ad, erga.	Contra relationem.	<i>Vel.</i> Cum.

## B. CVM AFFIXIS PRONOMINIBVS NON NEXILES.

<i>An.</i> In, per, super.	<i>Et, est, estül.</i> Cum, una cum.	<i>Óta.</i> Tempus.
<i>Be.</i> In, intra.	<i>Ig.</i> Usque, tenuis.	<i>Ott.</i> Locus, ibi.
<i>Ből.</i> De, ex.	<i>Ként.</i> Instar, secundum, per, iuxta.	<i>Ül.</i> Instar, in, pro.
<i>Ént.</i> Cum.	<i>Kor.</i> Tempus.	<i>Ül.</i> Supra, ultra, de, ex.
<i>Et.</i> Obiectum.	<i>Leg.</i> Modus, ratio.	<i>Vá.</i> Motus, illac.
		<i>Vá.</i> Mutatio, in.
		<i>Ra.</i> In, supra, ad.
		<i>Szer.</i> Ordo, serie.
		<i>Ten.</i> Ante, supra.

\* Familiaris erat haec particula Silvestro : *Ezek Bethanában lőnek Jordán elvé* (Joann. I. 28.), haec in B. facta sunt trans Jordanum : *Jézus a' Galileának tengere elvé mene* (Ibid. VI. 1.), abiit Jesus trans mare Galilaeae. [Nota auctoris.]

\*\* *Gilein*, Turcica, pag. 236. [Nota auctoris.]

## §. II.

POSTPOSITIONVM SIMPLICIVM,  
 ETIAM AVCTARVM, SED MONOSYLLABARVM,  
 ORIGINES, ET SIGNIFICATIONES.

Transeo ad evolvendas origines, et indicandas significationes genuinas, postpositionum simplicium, et propter nexus quarundam etiam auctarum, sed in formam monosyllabarum contractarum. Sunt enim, ut illae, sic et istae postpositiones affixae. Ordinem in iis promendis eam suadet recta ratio: ut ante omnia illae explicantur, quae serviunt ipsis postpositionibus augendis, et nonnullis iam hic occurribus. Venient porro aliae simplices, demum et auctae, sed monosyllabae.

## A. POSTPOSITIONES

## ALIIS AVGENDIS INSERVIENTES.

## 1. ET, EST, ESTÜL.

Postpositio *et*, aliis particulis augendis inseriens, reddit praepositionem *cum*, etiam *de* et *ex*. In affixe eius consona geminari solet, *ett*, *att*; sed est ea etiam asyllaba *t*. Sic *ér*, causa, valor, meritum, duplii est forma aucta, *ér-ett*, et *ér-t*, cum caussa, cum valore, cum merito. Viget haec particula, vocali etiam postposita *te*, *ta* in formandis adverbiiis: *gyakor-ta*, *tízszér-te*, cum frequentia, cum serie dena.

Idem affixum *ett*, geminato *t*, intensius expressum, prius *t* sponte sua in sibilum mutavit, *est*, | **D. 45** eadem significatione retenta, *cum*: qua sua forma complura derivat adverbia de substantivis; quae postea copiosius videbuntur, nunc sit pro exemplo öröm-*est*, proprie cum gaudio, quod vulgo sic redditur, libenter.

Ipsum hoc *est* auctum est postea *ül* affixo, idem significante, *cum*, vel *una*, ad emphasim maiorem: *est-ül*, vocalibus congruenter mutatis, *ast-ül*, *ost-ül*, *öst-ül*, una cum. Frequens est eius usus, in expressionibus revera emphaticis: *elveszett minden-estül*, penitus periit, proprie, periit una cum omni, re nempe sua: *eljött leány-ost-ül*, venit cum filia; *sok gyermeknek egy rák láb-ast-ül*, nimium est puer cancer una cum pedibus.

Postpositio *et* congruit cum Hebraica praepositione *eth*: cuius significatio est *cum*, et origo Arabica a voce *atha*, quae nominis valore praeter *copiam*, etiam communionem notat. Accommoda certe significatio ad usum particulae: et proprie est *communis*, et in affixione valet *cum*, usu latiore etiam *de*, *ex* et alia.

Geminationem consonae *t*, praesertim in fine induxit sonantior expressio, *ett*. Natura lingualium *t*, et *d*, quod saepe memoramus, ea est: ut cum intentione prolatae in sibilum abeant. Sic ex *ett*, ex priore *t* sibilante, posteriore sonum suum tenente, ortum [est] *est*. Etiam de neutris *árad*, fatigatur, *ébred*, expergeficit, cum fiunt activa accessione asyllabi formativi *t*, probe novimus lingualem literam *d* in sibilum mutari, *fárafzt*, fatigat, *ébreftz*, expergeficit.

Habent et Lappones, et Fenni, et Esthones ablativi

formativo certe hoc ipsum affixum: *ast, est ; sta, stā ; ast, ist*, alia tamen significatione, *de, ex, ab*; quum delegerunt ex copia significationum, ipsi etiam *et* particulae primitivae tributa: quae praeter *cum*, et illa exprimit, *de, ex, ab* et alia. Lapponibus *cabmagast, kyttemest*, hoc valet, de vel ex calceo, de vel ex gratiarum actione; item Fennis *wieraha-sta*, de vel ex hospite; *hywyde-stā*, de vel ex bonitate: Estonibus demum: *kiwo-ast*, a lapide, *pāiw-ist*, a die.

Grata est in multis nostrae genti, ut orientalibus geminatio, certe ad emphasis. Ex eo nostrum *est* increvit adiectione *üł* voculae idem significantis *est-üł*, cum, cum una, vel una cum. Hoc *üł* aperte convenit cum Turcico *ile*, quod idem notat, *cum*. In nostris labiis *ile*, vocali in fine absorpta, fit *il*; et hoc vocalis *i* prona in *ü* mutatione, abiit in *üł*. Turcis *agha ile*, hoc exprimit, cum domino; *chatun ile*, cum domina. Ad confirmationem facit Fennorum casus mediatus, cuius formativum est *la lá*, vocali quidem postposita, sed significatione prorsus eadem: *cala-lla*, cum pisce; *leiwá-llá*, cum pane. Rem totam concludit Arabum particula *ila*, in ore nostro postrema vocali absorpta, *il, üł*: cui Jahnus, praeter alias significaciones et has adscribit, *erga, apud, una cum*.

## 2.

## ÉNT, INT.

Affixum *ént, vel int*, ut audiri solet utriusque **D. 46** vocalis sono, paucis inservit particulis augendis, adiecta ipsis sua significatione propria *penes*, etiam *cum*, vel alia certe accommoda praepositione reddendum, *de* aut *ex*. Sic *szer-ént* hoc proprie notat, *penes modum, penes speciem, vel etiam cum modo, cum specie.*\* De quo postea uberius inter postpositiones

---

\* Szer Arabibus species et modus. [Nota auctoris.]

auctas. In usu est *rész-ént*, ex parte, partim. Legitur singulare exemplum in Codice MS. Transl. Bibl. vérént *való rokon* (Ruth. II. 1.): ad verba singula expressum, de sanguine existens proximus ; communis interpretatione, consanguineus.

Est haec particula nobis cum Arabibus communis: quibus *ind* hanc facit significationem, *penes, apud, prope, circa*. Eius origo videtur esse a verbo Hebraico *anad*, ligavit. De quo nomen fuerit olim et *ened*, et monosyllabe expressum *end*, certe ligamen. Aptum sane vocabulum ad usum particulae significatione iam exposita. Addimus nos vim praepositionis *cum*, quae in huiusmodi derivationibus ultro sentitur, vicina utique significationi primitivae. Alia auxilia suadet accommoda expressio. Arabicum *ind*, in ore nostro *d* plenum mutavit in tenue *t*, vocali producta *int*, et prona **vocalis** *i* mutatione in *é* invaluit alia etiam eiusdem forma nobis gratarior *ént*.

### 3. VÁ, MOTVS AD LOCVM.

**D. 47b** Particula *vá*, vocali congruenter mutata *vé*, significat motum ad locum. Latine accommodare redditum particula *illuc*. Additur non paucis nominibus locorum ad interrogationem *quo*: sed halitum suum accommodat consonae, cui iungitur. Sic *Temesvár-rá, Eperjes-sé, Győr-ré megyünk*, quod Latine ita exprimimus, *Temesvarinum, Eperjesinum, Iaurinum ibimus*, nobis proprie hoc valet, *Temesvarinum illuc, Eperjesinum illuc, Iuarinum illuc*. Est haec particula satis frequens in postpositionibus auctis, quae involutam habent notionem motus ad locum: *al-á, hoz-zá*, et alia, quae suo loco evolventur.

Hoc nostrum *vá*, halitu tantum mutato, est ipsum Hebraicum *hâ*: quod locorum nominibus adiectum pariter indicat motum ad locum, et sustinet vim praepositum *in*, *ad*, *versus*. Praesto sunt exempla *Mizrajmâh*, in Aegyptum; *Artzâh Kenaan*, ad terram Canaan; *Sedomâh*, Sodoma versus (NB. a *Mizraim*, ab *eretz*, a *Sedom*), Eadem vi accedit ad particulas: *chutz*, valet *foris*, *chutzâh* vero foras.

#### 4. OTT, QVIES IN LOCO.

Quietem in loco notat particula *ott*, vocali acommodata *att*, *ett*, *ött*, ea etiam absorpta, asyllabum *t*, ut vulgo redditur *ibi*. Adnectitur et hoc non paucis nominibus locorum ad interrogationem *ubi*. Sic *Temesvár-ott*, *Eperjes-t*, *Györ-ött* jó ideig mulattunk, quod Latine ita dicimus, | *Temesvárini*, *Eperje-* D. 48 *sini*, *Jaurini* notabili tempore morati sumus, nobis genuine hoc exprimit, *Temesvarinum ibi*, *Eperjesinum ibi*, *Jaurinum ibi*. Saepe recurrit et haec particula in postpositionibus auctis, quibus involuta est notio quietis in loco: ut *al-att*, *köz-ött*, *meg-ett*, et alia loco suo explananda.

Notissima est nobis haec particula usu quotidiano, adverbii valore, *ibi*. Sed eam proprie nomen esse edocent nos Lappones: quibus *äito*, est locus separatus, definitus, demonstratus, qua significatione accipimus nostrum *itt*, *ott*; ipsum certe *äito*, vocali in fine absorpta et priore ori nostro accommodata.

#### 5. ÜL, MOTVS DE LOCO.

Motum de loco significat particula *üł*, vocali congruenter mutata *úł*, significatione accommoda, *de*,

*ex.* Huius usus est tantum augendis particulis ad indendam ipsis secundariam notionem motus de loco: ut *al-ül*, *köz-ül*, de imo, de medio. Sed ista mox assumentur ex proposito diligentius exponenda.

Nomen *ház*, domus, quod singulare est exemplum, assumit et hoc *ül*, et *vá*. Qua accessione vocalem propriam corripit; *vá* accipit sine halitu, et huius quoque vocalem brevem facit. Sic dicimus *haz-a ment*, domum ivit, proprie domum illuc ivit; dicimus porro plane cum pleonasmo, *elment onnan hazül*, abiit domo, genuine redditum, abiit inde de domo.

Convenit nostra haec particula *ül* cum Hebraica *al*, et cum Arabica *ela*, cuius significatio nominis valore est *ascensus*, *eminentia*, *elevatio*; praepositionis autem usu *super*, *supra*, imo latior etiam *de*, *ex* et alia. Eadem est et Esthonica particula, *ülle*, oben, über, darüber; eadem et Fennica *ylö*, super, supra. Quare *al-ül* genuine est *imum accensus*, *imum supra*, quod apte sic exprimimus: *de imo*, *ex imo*. Sic sunt et alia.

## B. POSTPOSITIONES SIMPLICES.

### 1. AN.

Inter praepositiones simplices prima est vocali propria *an*, ea accommodata, *on*, *en*, *ön*; significacionem genuinam hanc habet, *super*; valet etiam *in*, sed tantum cum ablativo sumtum, et locum plerunque in rerum superficie indicans.

Frequens est eius usus in huiusmodi relatione notanda: a' *jeg-en*, in glacie, vel super glaciem; az

*asztal-on*, in mensa vel super mensam. Adhibetur praeterea more orientali ad formanda adverbia, ut hoc postea loco suo videbimus.

Est haec particula nobis cum Arabibus communis: quibus *an*, hac est significatione *super*, etiam *ab*, *de*, *ex*. Habent eandem et Lappones in formando casu locativo: *cabmag-am*, in calceo; *wie/zn-on*, in domo; *mådi-en*, in grege avium. Utrorumque usu satis et noster confirmatur.

## 2.

## BE.

Simplex particula secunda propria vocali est **D. 39** *be*, ea congruenter mutata *ba*, significatione nota, *in*, *intro*. Olim usu fuit promiscuo, ut motum ad locum, et quietem in loco significaret. Sed cura recentior in scribendo, et loquendo, ea vult tantum motum ad locum indicari: et quietem in loco alteri tribuit particulae auctae *ben*, quae paullo post sequetur. Hac ergo lege exemplum esto hic accommodum; *előbb a kertbe megyünk, azután a malombá*; prius ibimus in hortum, deinde in molam.

Haec particula est ipsa Hebraeorum praepositio *be*, eadem, et alia significatione accommodata. Eandem sane, quam olim nostra habuit, sic habet et ista usu Hebraeorum: *in*, tam cum ablativo, ut notet *tempus*, *locum* et *subiectum in quo*; tam cum accusativo, ut notet *motum* et *terminum ad quem*. *Be-rêschith*, in principio; *bâ-âretz*, in terra; *be-reseth*, in rete.

## 3.

## ET.

Tertia ex simplicibus particula, vocali propria *et*, ea accommodata, *at*, *ot*, *öt*, et saepissime ea ab-

repta, etiam asyllaba *t*, significat *objectum, subiectum*; et nobis in affixione illam indicat relationem, quam gentes aliae accusativo exprimunt; formatio per eam facta ut aliis utar verbis respondet accusativo gentium illarum, qui casus habent. Sic *kenyer-et eszem, s' bor-t ifzom*, genuina expositione hoc valet, *panem objectum comedo, vinum objectum bibo*. Egimus de hoc in nominum inflexione (Vol. I. pag. 209.).

Est et haec particula revera Hebraica, *eth* nempe: ut quidam censem, deducta a verbo *âthâ*, venit, obvenit, etiam attulit, obtulit; ut proinde *objectum*, et *subiectum* proprie notet, seu id, quod obvenit, quod oblatum est. Format et Hebraeis accusativum, licet non perpetuo, ut nobis fere. *Ethhaschâmain vêth hââretz*, proprie *objectum coelos*, et *objectum terram*, id est, *coelos et terram*. Hebraei saepe sumunt non inflexum, verbo activo iunctum, et ultro intelligunt accusativum. Quod quandoque facimus et nos, praesertim si verbum activum infinitivo adhibeatur. *Széna kafzálni, fa vágni megyünk, pro szénát kafzálni, fát vágni megyünk*: foenum falcatum, et lignum sectum imus.

## 4.

## IG.

Simplex particula quarta est *ig*, vocali nunquam mutata, *terminum* notat temporis, et loci, redditiva praepositione *ad, usque, tenus*. Exempla sunto huiusmodi relationis: *dél-ig talám a' kertig érünk, usque meridiem pertingemus fortasse ad hortum; térd-ig voltam a' vízben*, genuum tenus eram in aqua.

Congruit haec particula cum Hebraica *ad*: quae *terminum* significat, et redditur praepositionibus *ad, usque, usque ad*. In ore nostro vocalem *i* accepit constantem, et *d* in *g* mutavit, ut multae voces aliae.

## 5.

## HOZ.

Damus iam quintam particulam simplicem, vocali propria *hoz*, ea congruenter mutata *hez*, *höz*, quae proprie *pectus* significat, sed particulae | usu D. 52 exprimitur praepositione *ad*. Exemplum relationis per eam indicatae: *Pál-hoz megyünk előbb, azután Péter-hez*, prius ad Paulum ibimus, deinde ad Petrum.

Hebraeis *châze* est *pectus*, a verbo vidit, conspexit, sic dictum, quod visui, et conspectui expositum est, anteriore hominis parte. Cum particulae nostrae, sicuti orientalium, nomina sint: nostrum *hoz* non potest aliud esse, quam hoc *châze* Hebraicum. Arrepta est eadem haec vocula, de lingua primigenia, ad nos quoque derivata, ex accommoda significatione ad usum particulae: sed quae in ore nostro vocalem postremam amisit, et *a* obscurum in *o* mutavit. *Pál-hoz* ergo proprie est *Pauli-pectus*, et *Péter-hez*, *Petri-pectus*, ut vulgo redditur *ad Paulum, ad Petrum*.

## 6.

## KOR.

Sexta simplex particula, vocali non variata, est D. 50 *kor*, significatione nobis notissima, *tempus, aetate*. Affigitur nominibus ad formanda temporis adverbia. Sic *éjsél-kor, hajnal-kor, jó-kor*, media nocte, in aurora, opportuno tempore, hac sunt significatione genuina, mediae noctis tempore, aurorae tempore, opportuno tempore.

## 7.

## LAG.

Simplex particula septima, vocali propria *lag*, D. 51 ea congruenter mutata *leg*, est *modus, ratio*. Parti-

cipiis ut plurimum temporis praesentis, et adiectivis nonnullis affixum, facit adverbia modi. Sic *futó-lag*, *muló-lag*, hoc proprie exprimit, currente modo, transeunte modo, id est, cursim, et obiter. Similiter *teles-leg*, *mellékes-leg*, genuina significatione, superfluo modo, lateral modo, ut vulgo redditur, superflue, lateraliter.

Eodem hoc vocabulo utuntur Lappones etiam separatim, ut nomine substantivo, *lake*, modus, mos, ratio. Idem adhibent illi eo quoque usu, quo apud nos viget: *laka*, est ipsum formativum adverbiorum, certum indicans modum; adiectivis in fine additur.

Sic de *paha*, malus, pravus, fit *paha-laka*, pravo modo; et de *mainetes*, inculpatus, fit *mainetes-laka*, inculpato more. Habet *lake*, *laka* more Lapponum in fine vocalem: sed in ore nostro absorpta et consona *k* densius expressa, purior nata est vocula, *lag*, *leg*.

## 8.

## LEN.

Octava simplex particula, vocali propria est *len*, ea in congruam mutata *lan*. Affirmationem notat in re intensius exprimenda; quae vel adverbio *sane*, vel emphatico pronomine *ipse* redditur. Et ipsis nominibus *ig* particula auctis, et aliis quibusdam particulis separatis amica. Sic *est-ig-len*, *hol-tom-ig-lan*, hac sunt vi propria; sane usque ad vesperam, vel usque ad ipsam vesperam; sane usque ad mortem meam, vel usque ad ipsam mortem meam.

Exemplum cum coniunctione: *e' pediglen így történt*, hoc autem sane sic evenit. Et adiectivum

*viradólan*, quo Telegdius utitur (Part. III. pag. 509.)  
hoc proprie valet ipso diluculo.

Idem est hoc *len*, quod est inter adiectivorum formativa explanatum, participium antiquum verbi *le*, socium participii *való*; quod etiam affirmationem notat, qua vi pollet et *len*, ipsi par natura: *ens*, *res ipsa*, et, ut talia orientales adhibere solent, emphaticum quoque pronomen *ipse*. Atque hoc ipsum innuitur omnino de *len*, etiam Arabico in *Meninskii Lexico*.

## 9.

## NÁL.

Simplex particula nona vocali propria *nál*, ea d. 52  
accommodata *nél*, nominis valore est *inclinatio*,  
*accessio*, *adiuuctio*, etiam *latus*; verum usu particulae redditur praepositione *apud*, *penes*. Huiusmodi relationis exemplum: *Péter-nél voltunk s' a tó-nál leültünk*, fuimus apud Petrum et penes paludem concedimus.

Consentit haec particula cum Hebraica *múl*, *mól*: cuius significatio latius data ista notatur, *apud*, *coram*, *circa*, *erga*, *iuxta*. Eius origo videtur esse a verbo Arabico *múl*, inclinavit, accessit, adiunctus fuit; quod pronome sumta est utique *inclinatio*, *accessio*, *adiunctio*. Vocula ex accommoda significatione dedit maioribus nostris usum particulae. Sed in quorum ore mutationem passa est: eius *mem* in *nun* abierit *núl*, *nól*, *nál*, soni vicinitate, ad pronunciatum in affixione sonantiorum, ubi litera *m* nimia lenitate sua vix erat audibilis futura. Licet hoc exemplis superioribus experiri: *Péter-nél*, *Péter-mél*, et *tó-nál*, *tó-mál*.

Sed simplicior, et proprior potest esse huius particulae ortus a voce Estonica *neal*, *näle*, quae *latus* denotat, *Seite*: significatione sane ad usum huius particulae

quam accommodatissima, ut *apud* et *penes* valent. Nisi *neal* quoque a *mul*, altiore origine et translata significatione, venerit ad Esthones, ut his *latus* notaret.

## 9. [!]

## NEK.

Nona [!] de simplicibus particula propria vocali *nek*, ea congruenter mutata *nak*, est *directio*, *oppositum*, *adversum*; et nobis in affixione illam notat relationem, quam gentes aliae per dativum efferunt: seu formatio per eam facta refert dativum gentium illarum, quae casibus utuntur.

Sic *a' gazdá-nak adom a pénzt*, ut vulgo redditur, hero dabo pecuniam, genuine hoc exprimit, heri directione dabo pecuniam.

Etiam possessio eius ope clarius indicata *a' gazdá-nak pénze*, vulgo heri pecunia, proprie hoc vallet, heri directione pecunia eius.

Ultero intelliguntur et aliae constructiones nostrae peculiares: *a' tó-nak hajtotta lovait*, adversus lacum impulit equos suos. Fuit de hoc sermo in nominum inflexione (Vol. I. pag. 207.).

Est haec particula revera Hebraica *nakah*, sed nobis monosyllabo et purius expressa *nak* et vocali mutata *nek*; cui ista tribuitur significatio, *directio*, *directio ad punctum*, *oppositum*, *praeterea* et *adversum*. Eius radix *nakah* aperte congruit cum verbo Arabico *nacha*, tetenit, contendit versus aliquem, convertit quidpiam aliquo; ut tanto sit certior, et clarior significatio iam iudicata. Praebet et Hebraeis et Arabibus, usum particulæ sic vulgo expressa: *ante*, *coram*, *contra*, *e regione*, *ex opposito*, *ex adverso*.

Utuntur eadem hac particula etiam Lappones *neiga*, et *njek*, erga, ad.

10. [!]

RA.

Undecina simplex particula vocali propria *ra*, D. 54  
 ea accommodata *re*, nominis valore est *altum, excelsum*, particulae usu *in, super, ad*. Exempla illustrant usum : *ar-ra vetem magamat*, in id me impendam ; *a' föld-re esett*, cecidit super terram ; *esztendő-re*, ad annum.

Huius convenientia est cum verbo Hebraico *ram*, elevatus, exaltatus, excelsus fuit; eodem et nomine, *elevation, altum, excelsum*. Accommoda significatio usum particulae ultro praebuit; litera *mem* in fine ob nimiam lenitatem a nostris mature absorpta.

11.

SZER.

12.

TAN.

Simplex particula septima [!], propria vocali D. 53  
*tan*, ea accommodata *ten* valet praepositionem *ante, supra*. Paucis nominibus, affixa *an* particula iam auctis, adiicitur ad formanda de iis adverbia intensiora temporis longe remoti. Sic de nomine *ifjú*, iuvenis, fit prima formatio, affixa *an* particula *ifj-an*, in iuvene, sed hic abstracte sumendum, in iuventute; de hac paratur secunda, adiecta ipsi *tan* particula ad intensionem iam dictam *ifj-an-tan*, ante in iuventute. Sensit hanc vim Páriz Pápaius, qui hoc vocabulum Latine sic reddidit, *olim in aetate iuvenile*. Hic *ante* et *olim* congruunt. Talia sunt

*új-on-tan, rég-en-ten, elejé-n-ten*, ante in recenti, ante in antiquitate, olim, quondam, dudum, ante in eius principio, olim, antiquitus.

Est haec particula nobis cum Arabibus communis: quibus *dun*, praeter alias significaciones et has exerit, nostro usui appositus, *ante, supra*. In ore nostro, huius *dun* vocis vocalis est mutata et *d* litera e sono densiore abiit in tenuiorem *t, tan, ten*.

### 13. ÜL, INSTAR, MODVS.

Decimam quartam [!] simplicem particulam, vocalibus congruenter mutatis, *úl, ül*, nominibus affixam, ipse usus ultro docet hoc esse valore *instar, modus*, deinde *pro* et *in*. Nominibus quidem substantivis iuncta ex. gr. *zálog-úl addam, árvá-úl hagyattam, segédség-üll jöttem*, recte sic redditur: *instar pignoris, pro pignore, in pignus, dedi; instar orphani relictus sum, pro adiutorio veni*. Adiectivis vero affixa adverbia facti, et *modum* notat: *boldog-úl, beato modo, szent-üll, sancto modo, expressione communi, beate, sancte*.

### 10. [!] VÁ. MUTATIO.

Decimam quoque particulam simplicem, propria vocali *vá*, ea accommodata *vé*, observatio eruit in ipso eius usu facta, quid proprie significet. Est ea certe *mutatio*. Latine plerumque per *in* redditur cum accusativo et tantum in indicanda rei mutatione in aliquid. Exempla rem illustrant; *Nálam tifztává lett, azoknál pedig feketé-vé*, genuina expositione, apud me purus mutatione factus est, apud illos vero niger mutatione; quod Latine sic effertur simpliciter, pu-

rus, niger factus est. Nomina *tiszta*, et *fekete*, in vocalem desinunt: quare *vá*, *vé*, his iuncta cum halitu suo integrum persistit. Sed in concursu cum consonantibus halitus *v* istis se accommodat: *a' kenyér testté s' a' bor vér-ré lezzen*; panis in corpus, et vinum in sanguinem mutatur.

Hoc *vá* est semen verbi *vá-l-ik*, mutatur, de quo puro alia derivantur verba, *vált*, *változik*, *változtat*, et de his reliqua fertilis propago.

## 15.

## VEL.

Decima sexta et postrema simplex particula, vocali propria *vel*, ea congruenter mutata *val*, est *comitatus*, *societas*, *adhaesio*, *coniuctio*, *adiumentum*, usu particulae *cum*. Halitum *v*, post vocales retinet, post consonantes iisdem assimilat. Societatem et comitatum indicat in huiusmodi constructionibus: *a' szomszédom kiment a' rétre feleségé-vel*, *s' leányá-val*, vicinus meus exiit ad pratum cum uxore sua, et filia sua, proprie, uxoris comitatu, filiae comitatu, vel societate, adhaesione, coniunctione. Adiumentum notat, seu instrumentum, et modum in constructionibus aliis: *fejszé-vel vágják a' fát s' nagy fáradsággal*, securi caedunt arborem, et magno fatigio, proprie securis et fatigii adiumento.

Particulae hanc vim, quam ultro sentimus ipso usu, clare explicant tria vocabula, inter se congruentia, duo | Arabica et unum Hebraicum. Primum Arabicum est *bell*, D. 55 litera *beth* in *vau* eiusdem organi literam sponte mutabili, *coniunctio*, *congressus amicorum*; alterum est iam cum *vau* litera *vela*, ut significatio ostendit, de priore sic

mutata, *propinquitas*, *amicitia*, etiam *adiutorium*, *adiumentum*, deinde *propinquum*, *contiguum*. Hebraicum est Chaldaeis et Syris *lavvi*, *comitatus*, *societas*, *adhaesio*, *propinquitas*, *nexus arctior*. Cuius radix prima *lav*, retrograda pronunciatione venerit ad Arabes, et ad maiores nostros *val*, *vel*.

Et nostri quidem ex significatione tam accommoda id ultiro ad usum particulae adhibuerunt. Est apud Turcas praeter *ile*, quae valet particulam *cum*, etiam alia particula adverbii usu, *bile*, cum significatione adscripta *simul*, *una*.

### C. POSTPOSITIONES AUCTAE, SED MONOSYLLABAEC.

#### 1. BEN.

Composita particula prima monosyllaba, vocali propria, est *ben*, ea accommodata *ban*. Coaluisse censemur ex *be*, iam explanato, quod hic nominis valore sumtum notat *interius*; deinde ex *an*, vocali assimilata *en*, aequo iam noto, cuius significatio est *in*; ut proinde *be-en*, vocalibus iam concretis, non tamen productis, *ben*, hac pollut vi propria, *in interiore*. Sed vulgo redditur simplici praepositione *in* ablativum regente, cum quiete in loco. Exemplum esto: *a' kert-ben*, *s' a' pajtá-ban mulattunk*, in horto et in horreo commorati sumus.

Cum *an* non geminat suam consonam *n*, neque *ben* geminabit, ipsum hoc *an* in se continens. Sed usu invaluit, ut haec particula, affixis pronominibus aucta, geminet tamen consonam *n*: *benn-em*, *benn-ed*, *benn-e*; *benn-ünk*, *benn-etek*, *benn-ök*. Huic consuetudini adversari durum est; tametsi nulla geminandi ratio adesse videa-

tur. Mihi vero adesse videtur: sed tunc *bein* sumi debet. non hac compositione ortum, verum forma simplici Hebraica non constructa *bain*, et ea constructa litera *jod* propter praecedens *tsere* quiescente *bēn*, *inter*, *intra*, *in-*. In qua forma etiam simplici videmur nos *j* quiescens compensare geminata *n* consona, *benn*; quae postea geminata manet auctis quoque formis per affixa pronomina. Sed in simplici forma *benn*, cum ea nominibus affigitur, molesta est haec geminatio, ob recursum frequentissimum. Hic ergo omitti potest. Erit nihilominus *ben* etiaw simplici hac forma sonantius exprimenda, et in prosodia pro longa syllaba sumenda, positionis lege.

## 2.

## BÖL.

Secunda particula composita, vocali propria est *böł*, ea congruenter mutata *ból*. Coaluit ex *be*, et *üł*, particulis iam explanatis: *be-üł*, vocalium assimilatione media *bö-öl*, et harum concretione *böł*, significatione propria *de interiore*, ex interiore, ut vulgo redditur, *de, ex*. Sic *a' kert-böł s' a' pajtá-ból megtértünk*, hoc notat, ex horto et ex horreo revertimus.

Talis est hic vocalium media assimilatio, et horum concretio, quam exposuimus in verborum personis: *kér-ne-ük*, *kér-nöök*, *kér-n-ök*; *lát-na-uk*, *lát-nóok*, *lát-n-ök*. Certe euphonica. Qui tamen malunt *bül* et *ból* adhibere: habent, quo se defendant, modum antiquum, ut prior vocalis a posteriore sit absorpta. Sic olim erat *kér-n-ük*, *lát-n-ük*, ex *kér-ne-ük*, *lát-na-uk*.

## 3.

## ÉRT.

Particula de compositis tertia, vocali non mutata est *ért*. Nomini *ér*, quod *caussam, valorem,*

*meritum* significat, affigitur asyllabum *t*, de syllabico *et*, quod notat *cum*, *de*, *ex*: estque compositio ért monosyllaba hac forma, particula expressione genuina, *cum caussa*, *de caussa*, *ex caussa*, *cum merito*, et his simili ratione variatis. Sed vulgo rediditur per praepositiones, *pro*, *ob*, *propter* Exemplum pono: *becsület-ért tettem*, *nem pénz-ért*, cum caussa honoris feci, non cum valore pecuniae, id est propter honorem feci, non propter pecuniam.

Compositionis partem priorem ér in primis caussam valere sentimus ipso huius particulae usu. Sed confirmat sensum nostrum vocabulum Lapponum *åre*, quod ipsis *caussam* notat; confirmat particula Persica *ira*, significatione exposita, *quia*, *propterea*. Hae voculae *åre* et *ira*, postremis vocalibus absorptis, *år* et *ir*, in ore nostro abierunt in ér. Significatio valoris aequa sentitur usu ipso. Dicimus, *mennyit ér*, quantum valet; de quo verbo est derivatio, *ér-ték*, proprie valens res, facultas; sed fuit ipsum ér initio et nomen, certe *valor*. Accedit vox Persica *erz-is*, valor, pretium, dignitas, de radice proxima *erz*; quod est ipsum érd nostrum sibilo *z* in *d* mutato, radix proximi derivati *érd-em*, meritum, antiquum actionis substantivum, par Persico *erz-iš*. Verum et érd contractum, et idem laxius *ér-ed*, augmento suo privatum, dat semen primum ér, certe meritum: ut *ér-ed*, et *ér-d* antiquum hac sit vi, meritum facit, meretur.

## 4.

## KÉNT.

Quarta particula composita, vocali aequa non variata, est *ként*. Eius pars prior est *ke*, vera significatione *similitudo*, *modus*, *ratio*; posterior ént, iam explicata, *penes*, *cum*: ut compositio *ke-ért*, vocali-

bus concretis *ként*, hac sit vi propria: penes similitudinem, cum similitudine, et sic alia. Verum et haec vulgo per praepositiones alias exprimitur, *instar*, *secundum*, *iuxta*. Huius usus in exemplo: *az ö mondása-ként boldogulok*, penes similitudinem, penes modum dicti ipsius beabor, id est, secundum dictum ipsius beabor.

Pars prior compositionis est ipsa Hebraica particula similitudinis *ke*, certe et ipsa proprie *similitudo*, communi expressione *iuxta*, *secundum*, etiam *sicut*, *quasi*, *tamquam*. Sic *ke-derek* est iuxta viam; *ka-eth* circa tempus; *ka-hêna*, secundum illa.

Utuntur et Lappones, quod attentionem nostrum merito excitet, eadem hac particula, vocali solum differente *ko*, sic prorsus, ut Hebrei, sed adverbii dumtaxat valore, *sicut*, *tamquam*, et modis reliquis pro constructione varia: *ko almesne*, sicut in coelis; *ko tjatse*, *tamquam aqua*.

## 5.

## ÓTA.

Composita particula quinta, vocalibus hodie nunquam mutatis, est *óta*. Pars prior *ót* notat tempus; et *a* pars posterior est affixum pronomen *ö*: *óta* proinde hoc proprie significat, *tempus-eius*. Est nempe cum praecedente nomine semper in statu constructo: *Húsét-ót-a*, Paschatis tempus-eius; *Pünköst-ót-a* | Pentecostes tempus-eius. Qua constru- D. 57 endi ratione notat terminum temporis praeteriti et huius ab illo durationem ad praesens, communi expressione, a Paschatis tempore, a Pentecostes tempore, a Paschate, a Pentecoste. Eodem est significatu *az-ót-a*, eius-tempus-eius, quod pariter hoc

valet, ex eo tempore. Sensus idem, qui tacite suppletur, saepe aperte exprimitur claris accessionibus: primum postpositionis *tól*, quod notat praepositionem *ab*; deinde participii praeteriti primi *fogva*, sed quod Latine gerundio redditur: *capiendo*, *sumendo*, *accipiendo*. Sic dicitur saepe *az-ótá-tól fogva*, ab-illius-tempore-eius, id est, ab eo tempore capiendo, sumendo, accipiendo.

Particula *ót* est ipsa vocula Hebraica *eth*, reipsa *tempus*: nisi quod huius halitus in ore nostro perierit, et vocalis tenuis in crassam sit versa, retento sono producto. In nostrum *ót* ignoratione irrepdit *l* consona, *olt*, *olt-a*, *az-olta*, cum est diligentia excitata in hac consona illis vocabulis restituenda, in quorum originibus adest reipsa, sed pronunciandi molli segnitie est sensim neglecta. Sic erant segniter prolata *ód*, *tód* et *bódog*: quorum origines habent omnino *l* consonam, *old*, *told*, *bol-dog*. Sed *ót* male est ad hanc classem relatum: cuius origo *ét* caret *l* consona.

## 6.

## RÓL.

Sexta particula composita, vocali propria, est *ról*, ea accommodata *ről*. Coaluit ex *ra* et *úl*, particulis iam evolutis: *ra-úl*, vocalium assimilatione media *ro-ól*, et harum concretione *ról*, valore genuino, *ex alto, de excelso*, communi expressione *de*. Sic *a' város-ról, s' annak vidéké-ről szóllok*, hoc vallet: de civitate et de ipsius territorio loquar.

Et hic repetendam habemus notulam, quam supra fecimus ad particulam *ből*: de media vocalium assimilatione et harum concretione, etiam de eli-

sione vocalis prioris per posteriorem, de qua ratione non penitus improbanda formae hodie durioris, *rúl*, *rüll*.

7.

## TÓL.

Iam septima et postrema explanatur particula composita, vocali propria *től*, ea congruenter mutata *tól*. Et hanc coalitam censeo, si intensam scrutor vim, ex *te*, vocali hic postposita, secus praeposita *et* quod obiectum notat, deinde ex *ül*, saepius ad hunc usum adhibito: *te-ül*, vocalium assimilatione media, *tö-öl*, et harum concretione *től*, significatione propria, *ex obiecto*, communi expressione *ab*, *abs*. Sic *ugyanazt hallottam ma az öreg-től*, *amit tegnap az ifjú-tól*, stricte redditum sic effertur, idem audivi hodie ex obiecto senis, quod heri ex obiecto iuvenis; more communi, a sene, a iuvene.

Nota ad particulam *ből* adscripta et hic est ad claritatem et ad tolerandam formam duriorem, *tül*, *túl*.

---

GRAMMATICAЕ HVNGARICAE PARS QVINTA.  
SYNTAXIS.

SECTIO SECVNDA  
DE CONSTRVCTIONE PRONOMINVM.  
CAPVT PRIMVM.

DE PRONOMINVM VSV POSSESSIVO.

E. 331 Relatio nominis ad aliud nomen, quae vulgo possessio dicitur, apud Hungaros modo exprimitur singulari, ab Europaeorum more prorsus diverso: qui proinde diligentiam exposcit peculiarem, tam in explanandis, quam edocendis huius doctrinae regulis: quibus rite perceptis possit postea tanto felicius refelli usus possessionum vel apud nos valde vitiosus. Nominis possessio, ad aliud nomen relata, indicatur adminiculo pronominum: unde horum *usus* huiusmodi vocatur *possessivus*.

§. I.

POSSESSIONVM VSVS RECTVS.

- A. POSSESSIONVM REGVLAE GENERALES  
EXEMPLIS ET NOTIS ILLVSTRATAE.  
1. REGVLAE GENERALES.

a. Nomen, ad quod est relatio, quod possidet, quodque secundum indolem Latini sermonis genitivo

effertur, ex. gr. *hominis vita*, apud Hungaros vel in nominativo | manet, vel in dativum collocatur, isthic E. 332 *hominis* nempe nomen.

b. Illud vero nomen, quod ad aliud refertur, ab alio possidetur, *vita* scilicet in exemplo iam allato, assumit ad hanc sui relationem, seu possessionem, quam apertissime indicandam, affixum pronomen tertiae personae, instar relativi, quod possidens nomen, veluti antecedens suum, in memoriam revocat, in huius utpote locum subsitutum, *vita-eius*.

In possessione itaque, ad tertiam personam relata, possessor, secundum indolem Hungarici sermonis, bis comparet, primum in ipso nomine, quo indicatur, deinde in affixo pronomine, quo in memoriam revocatur: *hominis vita-eius*.

Hoc ipsum sic fieri vidimus in lingua etiam Chaldaica, et Syriaca, in genitivi casus explanatione (Etym. Part. I. Sect. I. §. II. B. 2.)

c. Hoc porro affixum pronomen, quod hic pro natura sua revera relativum est, numero certe concordare debet cum possidente nomine, quod repetit, et cuius relativum est, idque Latine, superflua quidem repetitione, sed ut Hungaricum genuine reddat, etiam casu concordans.

Si itaque possidens nomen singulare est, accedit ad nomen possessum affixum pronomen aequo singulare, *ő*, vel *jő*, *is*, *ille*, cum congrua vocalis mutatione, | in affixe Latine genitivo reddendum, E. 333 *eius*. Sin illud plurale est, adnectitur possesso affixum pronomen itidem plurale, *ők*, vel *jők*, *ii*, *illi*,

vocali iterum congruenter mutata, in affixione Latine et hoc genitivo efferendum, *eorum, earum.*

*d.* Et utrolibet numero adhibeantur haec affixa pronomina, pro sermonis contextu cum suis antecedentibus concordantia; ille quidem numerus istis solum affixis erit proprius, ipsa nomina possessa prorsus non attingens.

In communi scilicet possessiones indicandi ratione, per affixa pronomina, communis est nobis et haec cum Hebraeis regula: *numerus affixorum non sequitur numerum nominis, cui illa adduntur, sed eius, cuius in locum substituuntur* (Schröder Sect. VIII. Reg. 131).

*e.* Nomen possessum habet proprium numerum suum ab affixi pronominis numero diversum. Et singularem quidem dat singularis nominativi terminatio prorsus non mutata; nisi quae nomina postrema vocali expuncta, contrahi amant: pluralem vero constructum, in hoc solo usu apud nos superstitem, cum Orientalibus Fennisque communem facit assumta *i* vocalis, *jód*, nempe multitudinis E. 334 nota | praemissa, si necessum sit vocalius habere nomen, congrua *e*, vel *a* vocali, *ei*, *ai*.

*f.* Possidentis, et possessi diversi hi numeri, probe secernendi, quadruplicem dant casum, unum quemque itidem religiose distinguendum.

Hoc quidem et alibi iam satis explanatum est: e re tamen est idem et hic repetere ad maiorem claritatem.

Primo nempe casu esse potest et possidens et possessum singulare: ex. gr. *populi diversum genus, et magnus numerus.*

Secundo vero, possidens singulare, possessum plurale: ex. gr. *populi diversa genera et magni numeri.*

Tertio autem, possidens plurale, possessum singulare: ex. gr. *populorum diversum genus et magnus numerus.*

Quarto denique, et possidens, et possessum plurale: ex. gr. *populorum diversa genera et magni numeri.*

## 2. EXEMPLA.

a. Hoc ipsum exemplum assumitur per singulos istos casus Hungarice reddendum. Idcirco dantur vocum significationes subscriptae.

*Populus, diversum genus, et magnus numerus.* E. 335

*A' nép, különböző nem, és nagy szám.*

Casu primo possidens singulare in nominativo est *a' nép*; vel dativo expressum, *a' népnek*. Possessa duo, aequo singularia, *nem*, et *szám*: eadem, propter antecedens singulare, aucta affixo pronomine aequo singulari, *nem-ő*, *szám-ő*: cum congrua mutatione, *nem-e*, *szám-a*. Estque constructio perfecta:

*A' nép (a' népnek) különböző nem-e és nagy szám-a.*  
Populi diversum genus-eius, et magnus numerus-eius.

Casu secundo possidens singulare, ut supra. Possessa duo iam pluralia, et hic quidem modo constructo, magisque vocalia, *nemei*, *számai*: accepto affixo pronomine ő, quia et antecedens singulare est, *nemei-ő*, *számai-ő*: cum congrua mutatione, *nemei-i*, *számai-i*; et iisdem vocalibus postremis in unam coalescentibus, *nemei*, *számai*. Constructio iam absoluta sistitur:

*A' nép (népnek) különböző nemei és nagy számai.*  
Populi diversa genera-eius, et magni numeri-eius.

E. 336 Casu tertio possidens plurale in nominativo, | *a' népek*, in dativo *a' népeknek*. Sed possessa duo singularia, *nem*, *szám*: assumto affixo pronomine plurali *ők*, propter antecedens plurale, *nem-ők*, *szám-ők*: vocali congruenter mutata, *nemök* vel *nemek*, et *számok*. Habeturque constructio iam facta:

*A' népnek (a' népeknek) különböző nemök és nagy számok.* Populorum diversum genus-eorum, et magnus numerus-eorum.

Quarto demum casu possidens plurale, ut paulo ante. Possessa duo, aequa pluralia, hicque constructa, et magis vocalia, *nemei*, *számai*: quia antecedens plurale est, et haec plurali affixo pronomine aucta, *nemei-ők*, *számai-ők*; eius vocali ad vicinam sese accommodante, *nemei-ik*, *számai-ik*; et iisdem iam vocalibus in unam abeuntibus, *nemeik*, *számaik*. Praebeturque tandem constructio iam exacta:

*A' népek (a' népeknek) különböző nemeik és számaik.* Populorum diversa genera-eorum et magni numeri-eorum.

E. 337 *b.* Adiiciuntur et alia exempla: in quorum alteris possessa nomina assumunt affixa pronomina | *jő*, et *jők*; in alteris autem, subsidiaria vocali expuncta, eadem contracta recurrunt.

#### SIGNIFICATIONES VOCVM.

Coloni	horreum.	Cordis	motio.
<i>A' parafszt</i>	<i>tsür.</i>	<i>A' sziv</i>	<i>indulat.</i>
Prati	fossa.	Vulpis	fovea.
<i>A' rét</i>	<i>árok.</i>	<i>A' róka</i>	<i>verem.</i>

#### CASV I.

*A' parafszt (a' parafsztnak) tsürje.* Coloni horreum-  
*A' sziv (a' szivnek) indulatja.* Cordis motio-eius.  
*eius.*

A' rét (*a rétnak*) árka. Prati A' róka (*a rókának*) verme.  
fossa-eius. Vulpis fovea-eius.

## CASV II.

A' paraſzt (*a paraſztnak*) tsürjei. Coloni horrea-eius. A' szív (*a' szívnak*) indulat-  
jai. Cordis motiones-eius.  
A' rét (*a' rétnak*) árkai. Prati A' róka (*a' rókának*) vermei.  
fossae-eius. Vulpis foveae-eius.

## CASV III.

A' paraſztok (*a' paraſztok-nak*) tsürjök. Colonorum horreum-eorum. A' szivek (*a' sziveknek*) indulatjok. Cordium motiones-eorum.  
A' rétek (*a' réteknek*) árkok. Pratorum fossa-eorum. A' rókák (*a' rókáknak*) vermök.  
Vulpium fovea-eorum.

## CASV IV.

A' paraſztok (*a' paraſztok-nak*) tsürjeik. Colonorum horrea-eorum. A' szivek (*a' sziveknek*) indu- E. 338  
latjaik. Cordium motiones-eorum.  
A' rétek (*a' réteknek*) árkaik. Pratorum fossae-eorum. A' rókák (*a' rókáknak*) ver-  
meik. Vulpium foveae-eorum.

## 3.

## NOTAE.

a. Possidens nomen, nominativo expressum, est de more orientali. Apud Hebraeos certe, nulla nominum per casus inflexione, possessum, et possidens continenter ponuntur; hacque collocatione ultro intelligitur prius esse possessum, possidens vero posterius. *Ruach elohim, Spiritus Deus, nostro more Spiritus Dei. P'ri ghétz, fructus arbor, nobis vero fructus arboris.* Sic et in nostra lingua, modo tamen inverso, possidens non inflexum, in nominativo, loco priore positum, ex usu linguae primigeniae abunde sufficit: tanto autem hoc securius, quod posses-

sum ad possessionem certe claram, affixum pronomen  
adiunctum habeat, ipsum hoc solum, ut orationis poscit  
E. 339 sensus, per casus variandum. *A' parasztsz tsürje, | a' rét  
árka; ad verbum: colonus horreum-eius, pratum fossa-  
eius; affixi pronominis indicio sic ultro reddenda: coloni  
horreum, prati fossa.*

b. Dativus vero casus in possidente, serius lingua  
iam adultiore, ut mihi quidem videtur, adhibitus, habet  
aliquid emphatici: quod possessi relationem, per affixum  
pronomen omnino claram, ampliore praeterea accessione  
in possidente quoque evidentius exprimat. Nam *nek*, vo-  
cali congruenter mutata etiam *nak*, dativi formativum,  
proprie postpositio, primigenio nominis valore est *relatio*,  
*oppositum*, *adversum*. Enunciations itaque superiores,  
possidentibus dativo expressis, *a' parasztnak tsürje, a' rétnekk árka*, genuine, secundum singulas compositorum  
partes redditae, hunc faciunt sensum: *coloni-relatione  
horreum-eius, prati-relatione fossa-eius*: ad claram utique  
possessionis indicationem, *horreum-eius, fossa-eius*, accedit  
et aliud luculentius iudicium hoc revera sensu: *ad colo-*  
E. 340 *num relatum, ad colonum spectans horreum-eius; | ad pra-  
tum relata, ad pratum spectans fossa-eius.*

c. Prior usus, quia vetustior est, ad simpliciorem  
linguae genium exactus, non fit, ut vulgo putatur, per  
resectionem dativi, qui serius adhiberi coepit ad maiorem  
emphasim. Quasi apostrophus, errore assumptum resecti  
dativi signum, in hoc quidem usu penitus negligi debet.  
Dativus porro, si secus implexior evadet constructio,  
provide semper adhibetur ad possessionis evidentiam,  
orationisque perspicuitatem.

d. Hanc construendi rationem habent et Turcae.  
Possidenti, quod illi exprimunt quidem per genitivum pro  
dativo nostro, sed relinquunt saepe etiam in nominativi  
terminatione, ut *nos*, possessum subiungunt, more pror-  
sus nostro, semper cum affixo pronomine: *i* vel *si*: ex.

gr. *agha-n-ün* [!] *at-i*, domini equus-eius, *az úrnak lova*; *er-ün kary-si*, viri uxor-eius, *a' férjfinak felesége*; vel *agha at-i*, *er kary-si*; ad verbum dominus equus-eius, vix uxor-eius; *az úr lova*, *a' férjfi felesége*; affixi pronominis indicio sic utique efferenda, domini equus eius, viri uxor-eius. Similis est et Hebraeorum ratio exprimendi nominis ad pronomen relativum; de quo Schroederus hanc notat regulam (Syntax, Sect. II. Reg. 41. 6.): «Relativum nunquam in genitivo ponitur, sed casus hic per subsequens pronomen affixum exprimitur.» Relativum et nobis quandoque in nominativo est, saepissime vero in dativo, ad relationem clarius indicandam, quam subsequens pronomen affixum, rei possessae adiectum, insinuat. *Gój ascher ló thischmahg leschónó*, gens, cuius non intelliges linguam-eius; *nemzetseg*, *kinek nem érted nyelvét* (Deut. XXVIII. 49.). Ascher *beartzám*, quorum in terraeorum; *kiknek földjökön* (Joel. IV. 19.).

## B. POSSESSIONVM APPELLATIONES VARIAE, ET CONSECTANEAE REGVLAE PARTICVLARES.

Possessiones variis distinguuntur appellationibus; quarum alias habent a possidentium possessorumque accumulatione; alias ab eorundem collocatione. Sunt porro de iis et horum ratione quaedam regulae secundariae.

### 1. POSSESSIONES AB ACCVMVLATIONE.

*a.* Possidens unum cum suo tantum possesso, **E. 341** est possessio simplex. Sed evenit frequentissime, sermonis contextu ita poscente: ut nomen, a possidente possessum, et ipsum possideat aliud, hacque

ratione fiat possidens secundum; huius porro possessum secundum et ipsum possideat aliud tertium, sicque in tertium abeat possidens. Quo fit, ut possessio alia sit duplex, alia triplex, amplior etiam. Ex. gr. *Noachi filii, Abrahami vita*, simplex est possessio. Duplex est in his: *Noachi filiorum generationes, Abrahami vitae anni*. Triplex in hoc: *Abrahami vitae annorum dies*. Sed in Latino, clariora, et rectiora sunt ista, retrograde enunciata: *Generationes filiorum Noachi; Dies annorum vitae Abrahami*.

b. In hac etiam possidentium, possessorumque accumulatione, relativa pronomina, singulis possessis affixa, proximorum, sive suorum possidentium numero proprio respondere debent. Quare, singulorum possidentium numeris probe distinctis, exempla modo adducta sic erunt exprimenda.

*Noé fainak nemzetségeik.* Noachi filiorum eius |  
E. 342 *generationes-eorum.*

*Ábrahám élete eztendeinek napjaik.* Abrahami vitae-eius annorum-eius dies-eorum.

In possessione prima prioris exempli est casus secundus: possidens singulare, possessum plurale. *Noé* in nominativo: *fiai*, ex *fi*, *fiú*, in plurali constructo *fiai*; et propter antecedens singulare, cum concordante affixo pronomine aequo singulari, seque accommodante, ac demum coalescente, *fiai-ő*, *fiai-i*, *fiai*, filii-eius, utpote Noachi. In possessione secunda est casus quartus: et possidens, et possessum plurale. *Fiaianak*, ex priore possesso plurali migrans in

possidens, perspicuitatis caussa dativo expressum; *nemzetségeik*, ex *nemzetség*, in plurali constructo, *nemzetségei*; propter antecedens plurale cum concordante affixo pronomine itidem plurali, eius vocali congruenter mutata, ac demum concreta, *nemzet-ségei-ők*, *nemzet-ségei-ik*, *nemzet-ségeik*, generationes eorum, filiorum, scilicet filiorum Noachi.

In possessione prima exempli posterioris est E. 343 casus primus: et possidens, et possessum singulare. *Ábrahám* in nominativo: *élete*, ex *élet*, propter antecedens singulare cum concordante affixo pronomine pariter singulari, eoque congruenter mutato, *élet-ő*, *élet-e*, vita-eius, Abrahami. In possessione secunda est casus secundus: possidens singulare, possessum plurale. *Élete*, possidens secundum ex priore possesso, in nominativo: *esztendei*, de *esztendő*, plurale constructum, *esztendei*; propter antecedens singulare cum concordante affixo pronomine aequo singulari, sese accommodante, ac denique coalescente, *esztendei-ő*, *esztendei-i*, *esztendei*, anni eius, vitae, scilicet vitae Abrahami. In possessione tertia est casus quartus: et possidens et possessum plurale. *Esztendeinek*, possidens tertium ex possesso secundo, est in dativo ad orationis perspicuitatem; *napjaik*, ex *nap*, plurale constructum, *napjai*; propter antecedens plurale cum concordante affixo pronomine itidem plurali, eius vocali congrue mutata, ac tandem concreta, *napjai-ők*, *napjai-ik*, *napjaik*, dies eorum, annorum nempe, annorum vitae, vitae Abrahami.

## 2. POSSESSIONES A COLLOCATIONE.

**E. 344** *a.* Possidens. et possessum, quod ad colloca-  
tionem eorum | attinet, hunc potissimum tenent *ordinem*, quem *rectum* nomino: ut praecedat possidens, sequatur possessum. Huiusmodi erant exempla nostra superiora.

Possidens porro, et possessum, vel continenter sese excipiunt; vel aliquo interiecto separata longius removentur. Est ergo possessio recti ordinis alia *continenter expressa*, alia *interiecto separata*. Interectorum huiusmodi partem maximam praebent adiectiva interserta, et alia huius generis apposita. Tale erat exemplum primum: *a' népnek különböző neme, és nagy száma*. De interectorum numero est etiam geminatio eiusdem pronominis, ante possessum ad energiam separate positi, quod ipsi possesso affixum est. In possessione tertiae personae hoc usu viget et hodie, et olim fuit frequentissimum, pronomen praepositivo articulo auctum, *az ö: a' parasztnak az ö tsürje; a' rókának az ö verme*.

**b.** Occurrit vero saepe saepius et *inversus ordo*: ut possessum praecedat, sequatur possidens; idque tunc inprimis, cum vel adest, vel tacite subintelligitur substantivum verbum *vagyok, sum*, cum possesso concordans.

**E. 345** De exemplis, quae hoc illustrant, alterum est cum possessione accumulata, alterum cum simplici.

*Azt itélvén, hogy igen gonoszúl volna dolga az ö édes Uroknak és Mestereknek; Indicantes, quod*

valde male cederet negotium dulcis Domini-sui, et Magistri-sui: *Valamennyi bánatjok és keserűségek a' Szent Afszonyoknak volt*; Quantus fuit maeror et acerbitas Sanctorum Foeminarum (Spec. Poen. S. 2. et X. 3.). *Dolga édes Uroknak, és Mestereknek; Negotium-eius, dulcis Domini-eorum et Magistri-eorum. Bánatjok és keserűségek a' Szent afszonyoknak; Moe-ror-earum, et acerbitas earum, Sanctorum Foeminarum.*

c. Datur et *indirectum possidens*, cum primis quando id in nominativo est, concordans cum suo verbo activo, vel passivo aut neutro, rectoque ab his verbis casui affixum pronomen adhaeret, relatum ad huiusmodi nominativum remotiorem, sed Latine semper reciproco pronomine reddendum.

Ex. gr. *A' törökök ottan elveszték dolgokat* (Tinódi p. I.); *Turcae illico perdiderunt rem-suam. Dolgokat, ex dolog, rem-eorum, Turcarum nempe, sed hic rectius, rem suam. Az fiak feltámadnak szüléik ellen* (Pesti Matth. X. fol. 19.): *Filii consurgent contra parentes suos. Szüléik, ex szülő, parentes-eorum, filiorum scilicet, | sed hic in Latino aptius est recipro-* E. 346 *cum, parentes-sui.*

Est vero huiusmodi possessum saepe etiam in nominativo cum activo verbo, et possidens indirectum in accusativo. Ex. gr. *Mikoron öket az ő mestereikkel való nyájasságok vonnája* (Draskovits E. 7.): *Cum eos societas-sua cum magistris-suis traheret. Nyájasságok, de nyájasság, societas eorum, hoc vero loco rectius societas sua.*

## 3. REGVLAE SECUNDARIAE.

a. Possessio simplex, ordinis recti, continenter expressa, habere potest possidens suum, ad loquentis, aut scribentis arbitrium, vel in nominativo, vel in dativo. Ex gr. *a' paraszta tsürje, a' róka verme*; vel *a' parasztnak tsürje, a' rókának verme*.

b. Possessio alia, inversi ordinis, et interiecto separata, ad orationis perspicuitatem, possidens suum habere debet dativo expressum. Ex. gr. *Görbe Bentze hadnagyok Magyaroknak* (Tinódi o. 4.); *Benedictus Görbeus tribunus Hungarorum. Az embereknek magokra való nagy gondviseletlenségek* (Lépes de Mort. pag. 109.); *Hominum magna sui incuria*.

c. In possessione accumulata, aliud possidens nominativo, aliud dativo effertur. Hoc ad varietatem |   
 E. 347 facit, orationisque claritatem. Sic sunt variata exempla nostra superiora: *Nóé fiainak nemzetiségeik; Ábrahám élete esztendeinek napjaik*.

Veterum tamen multa sunt exempla, quae possidentia exhibent singula continenter dativo expressa: quod hodiernis auditu ingratum esse videtur, propter similes terminaciones saepe recurrentes. Ex. gr. *Szóllván a Istennek országának dolgairól* (Teleki P. II. p. 220.); *Loquens de rebus regni Dei. Az hitnek reguláinak végezésökről ez tetszőtt.* (Draskovits P. 3.); *De constitutione regularum fidei hoc visum est. Az Isten fiának anyjának méltóságainak válfajtásokról.* (Sacri Serm. MSS. de B. M. V.); *De delectu dignitatum Matris Filii Dei. In quo quadruplex est pos-*



sessio; quae, dativi, et nominativi variatione certe  
gratior esset: *Az Isten fiának anyja méltóságinak  
választásokról.*

### §. II.

## POSSESSIONVM VSVS VITIOSVS.

### A. ERRORVM FREQUENTIA OLIM ET HODIE.

#### 1. ERRORES SCRIPTORVM, ET VULGI.

Omni aevo superiore nimium peccatum est vel ab **E. 348**  
optimis quibusque Scriptoribus nostris, in hoc usu pos-  
sessivo, tertiae quam maxime pluralis personae. Labun-  
tur et hodierni fere omnes. Auditur in hoc et vulgi error  
quotidianus.

Immortale est Joannis Tsétsii meritum de Lingua  
Patria ob editas observationes Etymologicas, vere aureas;  
quae sunt adiectae ad calcem Dictionarii Párizpápaiani.  
Utinam nostri ponderosa eius notata, licet brevia, dili-  
gentius pensassent! Vir iste, singulari acumine praedi-  
tus, ad ipsa linguae adyta penetrans, mature in his indi-  
cavit et possessionem usum meliorem.

Iamdudum optavit et in hoc maiorem, tam loquen-  
tium, quam scribentium diligentiam. Quid isti *male a  
pueris adsueti* agant, aperte queritur: *saepius, quam cre-  
dere fas sit, erratur etiam a doctoribus.*

#### 2. ERRORES GRAMMATICORVM.

##### A. VETERVM.

Nescio, quae offusae fuerint tenebrae antiquiori-  
bus nostris Grammaticis: ut hac quidem parte omnes  
coecutiverint.

Nam, Silvestri Grammaticam etsi nondum viderim  
attamen et istum non usquequaque recte de hoc | tradere **E. 349**

potuisse clare coniicio ex Translatione Novi Testamenti, ab eo adornata. Vix meliora dederit praecepta, quamquae ipse est in hoc opere secutus. Peccat hic, quod aperte edicere non vereor, et Molnárus; peccat et Pereszlényius.

Atque hoc tanto quidem tristius est; quod usum meliorem, tam in scriptis, quam in vulgo, sparsim viginisse et olim certo constet; quem a deteriore statim secerni oportuisset. Ipsi enim Codices MSS. et Libri alii habent exactissima et similius exempla. Et unde ista E. 350 *huc illata fuissent, nisi ex usu communi?* Sed et Pereszlényius, cum de ceteris Scriptoribus unicum expresse memorat Lépesium, huic usui adhaerentem, sed rarius certe, ut ego observavi, innuit continuo et sui temporis usum. *Pro hac, inquit ille, licet legerim exempla impressa, in quibus solum litera k additur, ut lábai, pedes eius, kezei, manus eius, lábaik, pedes eorum, kezeik, manus eorum* (sic saepe utitur Valentinus Lépes —) *observaverimque nonnullos Vngaros sic loquentes: verumtamen pro meliore huius seculi stylo, cum recentioribus Scriptoribus melius facies...* Adeo coece et hic vir obsecutus est non rectae consuetudinis saevo imperio: ut obtrusa eius *vitalia* pro stylo reputarit meliore. Nam *lábok*, et *kezek*, in statu affixo, hoc stylo meliore, sunt pedes eorum, sunt manus eorum.

## B.

## RECENTIVM.

Sed multo iniquius est: quod hodierni Grammatici nostri, licet plerique penitus ea videant, quae sincera et integra sunt, iis tamen indigne reiectis, ut degeneri tantum consuetudini placeant, et ipsi malint, impuris, corruptisque oblectari; et alias etiam, ut idem faciant, conquisitis variis argumentis eo adducere contendant.

Multum equidem doles, Magnam quoque Grammaticam Debretzinensem, hac etiam parte, ad cedendum

nimum fuisse proclivem. Nam, quae sub ipsum initium recte praecipit de affixis pronominalibus in exemplis etiam ad tertiam pluralem personam relatis; ubi ea cum possidentibus nondum expresse iunguntur: eadem postea, et in principio fere (pag. 55.), et ad finem (pag. 71.), studiosius retractat, adiecta nota de possessorum cum possidentibus nexu; quam non suasit interior linguae indeoles, | verum depravatae consuetudinis arrogans extorsit im- E. 351 perium.

Haec vitiosa, ut et alia non pauca, compluribus Grammaticis in lucem datis, palam tradita, et propugnata, itidem Grammaticis, sed meliore studio elaboratis, pro viribus certe nostris, sunt impedienda et enervanda: si et Patriae Linguae puritas revera ita nobis cordi est; ut et res omnes, quae Gentis Hungaricae dignitatem augeant, esse debere nemo bonus civis ignorat.

### 3. ERRORES DISTINCTE EXPOSITI.

Quare ipsi iam errores, qui tanti, et tam frequentes memorantur, distincte ob oculos sunt ponendi:

a) Error est in exprimenda possessione, ad tertiam pluralem personam relata: quod possesso tam singulari, quam plurali, affixum pronomen eiusdem tertiae personae vulgo adiiciatur, tantum singulare: quod proinde cum antecedente suo, cum ipso nempe possidente, cuius in locum substituitur, et cuius relativum est, numero non concordat.

1) Est vero hic error omnium frequentissimus in possessionibus simplicibus, et accumulatis, recti ordinis, continenter expressis. Et possessiones quidem accumulatae etiam mendis scatent adeo accumulatis; | ut saepis- E. 352 imē nulla sit earum ad amussim exacta.

De exemplis, quae sic passim dicuntur, et scribuntur, hic saltem aliqua adduco, cum possessionibus tan-

tum simplicibus. Copiosiora sequentur postea, et de his, et de accumulatis, cum adiecta singulorum emendatione.

Cum Possesso Singulari. Cum Possesso Plurali.  
*Emberek insége.* Hominum *Bünök gyökerei.* Peccatorum aerumna. radices.

*Mennyiek keresése.* Coeles- *Holtak lelkei.* Defunctorum tium indagatio. animae.

*Vitézek zsoldja.* Militum sti- *Parajztok kunyhói.* Rusticopendia. rum tuguria.

*Magyarok Királynéja.* Hun- *Spanyolok hajói.* Hispanogarorum Regina. rum naves.

2. Sed idem error vitiat non raro et alias possessiones, inversi ordinis, et interiecto separatas. Mox dabuntur et horum exempla.

b) Admodum frequens est porro et ille error, praesertim apud vetustiores : quod possessum, terminatione sua revera singulare, adiecto nihilominus affixo pronomine plurali, et ipsum pluraliter sumatur.

1. Hoc vitium est omnium creberrimum in possessionibus ad tertiam pluralem personam relatis.

E. 353 2. At idem pervasit saepe et alias possessiones, ad secundam nempe, et primam pluralem personam relatas.

Singulorum exempla videbuntur postea loco opportuniore, aequa ad rectam legem reducta.

#### B. ERRORVM REFVTATIO.

Videtur quidem linguae nostrae conditio iam aliquanto mitior esse; quod sint tamen scriptores, et Grammatici nonnulli, sententia paulo meliore: ut posteriora possessionum exempla ipsi vitiosa esse ultro agnoscant, ac vitanda suadeant.

Possessiones nempe interiecto maiore separatas, et inversi ordinis, quaeque indirecto sunt possessore, si ad pluralem personam referantur, admittunt sane volunt-

que affixo pronomine plurali indicari : ut illae hoc pacto, ad orationis perspicuitatem, omnino manifestae sint, statimque percipientur. Sed quo se liberaliores hic praebent, eo sunt pertiniaciōes in mala etiam consuetudine, cum usu recto, promiscue retinenda : quae est in possessiōnibus recti ordinis, continenter expressis, et interiecto minore separatis. Hoc illi et argumentis propugnare contendunt, ut ipsis videtur, argutis. Nos vero, quid ista ponderis habere possint, singillatim videamus, adhibitis primum argumentis contrariis, | deinde etiam veterum E. 354 exemplis melioribus.

### 1. ARGVMENTA.

*a) Et primum quidem, quo se tuentur, istud est.* Sufficit *k* litera, pluralis numeri nota, in solo possessorē: possessum, quia continenter adiicitur, vel aliquo interiecto certe brevissimo separatur, ultiro patet ad proximum hunc possessorem esse relatum. Quare dubium in expressa hac possessione nullum est: quod tum esset, si quo interiecto maiore possessum esset separatū. Tuto igitur ista dicuntur: *emberek insége, vitézek zsoldja, bünök gyökerei, paraſztok kunyhói.*

1. Patet, sine dubio, possessum ad proximum hunc possessorem referri debere, sed ex usu vitioso, non vero secundum omnem legem, ex linguae indole erutam. Qui ista captant, nondum habent claram eorum lucem, quae tenet lingua nostra in indicandis possessionibus. Eadem ego saepe inculcare debo.

Bis adsunt possessores: primum in nomine quo exprimuntur; deinde in affixo pronomine, quo repetuntur, ut solent antecedentia repeti per sua relativa. Haec autem relativa, affixa pronomina posita pro nominibus, concordant certe et in lingua nostra cum antecedentibus suis, cum ipsis nominibus, pro quibus sunt posita.

Iam *emberek, vitézek, bünök, paraſztok*, totidem E. 355

nempe possessores, nominibus expressi, habent pluralem terminationem, pro sensu constructionis, ut habere debent sibi propriam, et sibi sufficientem. Pronomina vero horum relativa, pro his posita, *e* in *insége*, *ja* in *zsoldja*, *i* concretum cum *i* constructi pluralis nota in *gyökerei*, *kunyhói*, ipsum nempe *ő*, *jő*, vocalibus tantum congruerer mutatis, singulari sunt numero. Non ergo concordant cum antecedentibus. Ut hoc faciant, debent et ipsa suam terminationem pluralem habere sibi propriam, ex pronominе *ők*, *jők*, vocalibus congruenter mutatis, *ek* vel *ök*, *jok*, *ik*.

Certissima in his cynosura, et possessionum rite expressarum Lydius, ut ita dicam, lapis et haec omnino regula, ex ipsa linguae indole ultro profluens : affixorum nempe pronominum cum antecedentibus possessoribus convenientia in numero. Hungaricae constructiones huiusmodi, secundum singulos apices in Latinas translatae, rem omnem reddunt luce clariorem. Possunt et Germani idem periclitari.

**E. 356** Singula possessa superiora, cum suis affixis pronominibus Latine genuine reddit, amabo, quid proprie valent? Certe *insége*, est aerumna-eius, *zsoldja*, stipendum-eius, *gyökerei*, radices-eius, *kunyhói*, tuguria-eius. Haec Latina, cum antecedentibus possessoribus, genitivo casu pariter Latine expressis, coniuncta, possessionum vitia clare ostendunt. Interseram vero quatuor istis exemplis iam et socia totidem exempla superiora.

Cum Possesso Singulari.      Cum Possesso Plurali.

<i>Emberek insége.</i>	<i>Hominum aerumna-eius.</i>	<i>Bünök gyökerei.</i>	<i>Peccatorum radices-eius.</i>
------------------------	------------------------------	------------------------	---------------------------------

<i>Mennyeiek keresése.</i>	<i>Coelestium indagatio-eius.</i>	<i>Holtak lelkei.</i>	<i>Defuncorum animae-eius.</i>
----------------------------	-----------------------------------	-----------------------	--------------------------------

<i>Vitézek zsoldja.</i>	<i>Militum stipendia-eius.</i>	<i>Parasztok kunyhói.</i>	<i>Rusticorum tuguria-eius.</i>
-------------------------	--------------------------------	---------------------------	---------------------------------

<i>Magyarok királynéja.</i>	<i>Hungarorum Regina-eius.</i>	<i>Spanyolok hajói.</i>	<i>Hispanorum naves-eius.</i>
-----------------------------	--------------------------------	-------------------------	-------------------------------

At si possessa ista accipiunt affixa pronomina pluralia, propter plurales nempe antecedentes possessores, recta erunt exempla nostra, utrumque concordantia etiam Latine redditia.

Cum Possesso Singulare.

*Emberek inségek.* Hominum aerumna-eorum.

*Mennyeiek keresések.* Coelatum indagatio-eorum.

*Vitézek zsoldjok.* Militum stipendum-eorum.

*Magyarok Királynéjok.* Hungarorum Regina-eorum.

Cum Possesso Plurali.

*Bűnök gyökereik.* Peccato-  
rum radices-eorum.

*Holtak lelkeik.* Defunctorum animae-eorum.

*Paraztok kunyhóik.* Rustico-  
rum tuguria-eorum.

*Spanyolok hajóik.* Hispano-  
rum naves-eorum.

2) Mirum est, hoc isto tantum casu sic velle, ut sola antecedentium terminatio pluralis in construendo sufficiat, eorum relativis in singulari numero relictis : quod aliis casibus analogis fieri posse multum reclamarent. *Az emberek, ki itt vagyon* (Homines, qui hic est) cur non aequa subsistat? *Emberek* habet *k*, pluralis numeri notam, et hoc ita esse sufficit. Ut quid eadem nota affliatur et relativum eius *ki?* Urgent vero illi et hic pluralem numerum, *kik*. *Az emberek, kik itt vagynak* (Homines, qui hic sunt).

3) Sed magis sunt analogia exempla in affixis pronomibus reliquarum personarum, secundae nempe et primae. Antecedens possessore pluralis tertiae personae, cum affixo pronomine singulari constructus, facile commutari potest in antecedentem possessorem pluralem, secundae et primae personae. Iam, si et in his affixum pronomen adhibetur, prioris | exempli pressa imitatione, E. 358 aequa singulare, quid illi dicent?

Cum Possesso Singulare.

*Azoknak a' szegényeknek az  
ő háza.* Illorum pauperum domus-eius.

Cum Possesso Plurali.

*Azoknak a' gazdagoknak az  
ő pénzei.* Illorum divitum pecuniae-eius.

*Nektek szegényeknek a' ti házad. Vestrum pauperum domus-tui.*

*Nektek gazdagoknak a' ti pénzeid. Vestrum divitum pecuniae-tui.*

*Nekünk szegényeknek a' mi házam. Nostrum pauperum domus-mei.*

*Nekünk gazdagoknak a' mi pénzeim. Nostrum divitum pecuniae-mei.*

Cohorrescunt his auditis. Cur sunt ergo sensu ita torpido ad illa superiora, simillimo errore aequo vitiosa? Poscunt in his affixa pronomina pluralia propter antecedentes possessores plurales. Dent ergo et in illis eadem pluralia propter eandem prorsus rationem, omnino secundum legem possessionum. Et hanc ego legem, ut tandem soni aliquid extorqueam, iterum iterumque ingero: *affixa eorum sequuntur numerum, in quorum locum substituuntur.*

#### SI ISTA SIC VNICE RECTA SVNT:

*Nekünk szegényeknek a' mi házunk. Nostrum pauperum domus-nostri.*

*Nekünk gazdagoknak a' mi pénzeink. Nostrum divitum pecuniae-nostri.*

**E. 359** *Nektek szegényeknek a' ti házatok. Vestrum pauperum domus-vestri.*

*Nektek gazdagoknak a' ti pénzeitek. Vestrum divitum pecuniae-vestri.*

#### CERTE ET ISTA SIC VNICE RECTA ERVNT.

*Azoknak a' szegényeknek az ö házok. Illorum pauperum domus eorum.*

*Azoknak a' gazdagoknak az ö pénzeik. Illorum divitum pecuniae-eorum.*

b. Sed importuni sunt, nondum cessant. Et vero quale est, quod secundo obiiciunt? Ambiguam reddit constructionem huiusmodi possessionum religiosior expressio. In his enim *emberek inségek, vitézek számok, possessa inségek, számok*, pro absoluto plurali possunt sumi, sensu prorsus alio: *homines sunt aerumnac, milites sunt*

*numeri*; non vero in statu affixo: *aerumna-eorum*, *numerus-eorum*.

1. Est hoc sane pueriliter nugari. Itane exili sunt isti mente, vel vaga potius: ut, si revera iste occurrat casus, differentiam ex sensu capere non possint? Similis est saepe terminatio nominum absolute pluralium, et nominum singularium in statu affixo. Facit hoc in illis pluralis formativi *ök*, in his vero affixi pronominis pluralis simplicioris *ök*, neglecto *j* halitu, | vocali utrobique E. 360 congruenter mutata.

Possessum nihilominus huiusmodi affixo auctum est tantum in nominativo ambiguum. Hic vero *casus* occurrit sane rarer; semperque habet verbum aliquod, ex quo intelligatur status affixus, non vero numerus absolute pluralis. Exempla adduco ex Tinódio. *Isten vala Magyarok paisok* (V. 1.); Deus erat Hungarorum scutum-eorum. Deinde in Goliathi verbis: *Tudjatok, vagyok a' Jászok nemzetök* (e. 4.); Scitis, sum Phylisthaeorum genus-eorum.

2. Talia porro possessa, nobis scribentibus, si in nominativo sensum facerent revera ambiguum, in nostra esset potestate in casum aliquem obliquum mutare. *Az Istenet Magyarok paisokat*; Deus Hungarorum scutum-eorum. *Goliátot a Jászok nemzetöket*; Goliathum Phylisthaeorum genus-eorum. Aut si haec mallemus esse in nominativo, leve esset negotium possessores dativo casu exprimere. *Magyaroknak paisok*; Hungarorum scutum-eorum. *Jázkognak nemzetök*; Phylisthaeorum genus-eorum.

c. Ingemunt tertio, isto nimio meliorem legem E. 361 observandi rigore versificatoribus multam creari molestiam: quae saepe facile posset levari altero hoc usu; quem certe bonum esse probat consuetudo tam antiqua, tam frequens.

1. Sed praestat nullos, quam tales, esse versus; qui linguae integritatem laedant, eamque vitiis contami-

nent. Ut Pictura Poesis. Quod in illa colores, hoc in ista praestant voces. Si displicet Pictura non sinceris coloribus expressa: quomodo Poesis te oblectet vitioso deformata verborum usu? Qui versus non norunt scribere, nisi concessa linguam depravandi licentia: omittant haec sacra, et interea quidvis aliud agant potius; quod sit et ipsis utilius, et sermonis castitati non adversum. Poesis quidem apud omnes adhuc gentes adhibita est, ad excolendam, non ad corrumpendam linguam.

2. Perperam se porro defendunt consuetudine, quantumvis antiqua, et frequenti. Nam si duae vigent consuetudines omnino contrariae; etymologia est in his arbitra certissima. Utram haec evolvit revera secundum intimam linguae indolem esse; illa est recta, illa propaganda, et iuri suo plene restituenda. Altera vero, quae etymologiae rigorem non sustinet, legi proinde ex linguae indole erutae non respondet, hoc ipso vitiosa est quapropter |   
E. 362 etiam reiicienda, et de possessione iniqua deturbanda. Consuetudo mala, quantocunque tempore condominans, rectae nunquam praeiudicat; si interea recta malae perpetuo reclamet, iusque ipsius hoc pacto interturbet.

Negari non potest, iam antiqua, et admodum crebra esse haec in exprimendis possessionibus vitia. Sed quae-  
ritur, ut puto, quomodo ista adeo invalescere potuerint. Dicam breviter. Affixorum pronominum vocales propriae, successu temporum, euphoniae studio mutatae, et praeser-  
tim cum possessorum vocalibus postremis in unam coactae, ignorationem sensim induxerunt originum suorum; quae in rudi prima formatione, quoisque ea viguit, ultro sese manifestarunt. Et postea quam hoc coepit ignorari, quid proprie sint ista affixa; coepit et ipsa lex mutare, quae ea secundum linguae indolem nominibus possessis adiecit. Obortis porro tenebris, in dies maioribus, nata prima vitia, et satis provecta, alia atque alia pepererunt.

Verum in ipsis his tenebris, in mediis istis errori-

bus, non potuit non intermicare, saltem melioris consuetudinis usu, a maioribus accepto, lucula quaedam melior; quae mali usus vitia non obscure ostenderet, | usu certe E. 363 contrario. Vox fuit linguae nostrae vim patientis, et ad genuinam indolem suam sensim protritam saepe interea reclamantis.

Hac voce excitati meliores quidam Grammatici et Scriptores nostri, vel dubia adhuc luce, complura mali usus vitia iam dudum emendarunt. Quid est, quaequo, quod haec praecipue copta non porro continentur et in residuis similibus vitiis penitus tollendis: posteaquam lux est affusa, quam clarissima, evoluta nimirum affixorum origine ac natura rectoque eorum usu demonstrato? Pudeat nos, in rebus tam manifestis, effugia adhuc quaerere, et argumenta effingere omnino inficeta, ad confirmandum corruptae consuetudinis ferox imperium: quod esset iis quidem, qui ad sinceram linguae puritatem serio contendunt, magnanimiter proterendum; ne ignava sint iniquae dominationis mancipia.

## 2.

## EXEMPLA.

Non iam istis immoror. Sed exempla, quae promisi, pergo adducere. Primo erunt loco illa recta, malae consuetudini iam olim reclamantia, ad refutationem vitiosorum, et antiquitate, et frequentia sua multum factura. Apte sequentur postea et vitiosa: | alia horum hodie E. 364 quoque usitata, sed ad rectorum normam emendanda; alia olim tantum adhibita, et iam satis dudum emendata. Ab utrisque, tum rectis, tum vitiosis iam castigatis, certe clarior accedit lux ad totam hanc doctrinam de possessionibus rite exprimendis earumque usus rectus nimium confirmabitur.

## a. EXEMPLA RECTA.

## 1. POSSESSIONES SIMPLICES.

## a. RECTI ORDINIS.

## (1) CONTINENTER EXPRESSAE.

*És lézzen tengernek kötele pásztoroknak nyugalmok;*  
*Et erit funiculus maris requies pastorum.* Codex Transl.  
*Bibl. Sophoniae II. 6. Persaiaknak szerzések szerént:* Juxta  
*decretum Persarum. Dan. VI. 12.*

*Hogy lenne minden hívőknek atyjok az környűlmeté-lés által:* Ut esset omnium creditum pater per circum-cisionem. Komjáthi. Ad Rom. IV. E. v. A' menyé ideiglen én a' pogányoknak apostalok vagyok: Quamdiu quidem ego sum gentium apostolus. Ad Rom. XI. G. vij.

*Kikból következik a' Zsidóknak megvakulások:* Ex quibus sequitur Judaeorum obcoecatio. Anaxius, b. iiiij.  
**E. 365** *Minden keresztyéneknek | halálok szent áldozat legyen:* Om-nium Christianorum mors sit sanctum sacrificium. d. iiiij.

*Ne hallatnéjek a' gyermeknek révások:* Ne audire-tur infantum ploratus. Telegdi. Post. II. p. 473. *Szida-lomra méltó azoknak vakmerőségek:* Reprehensione digna est eorum temeritas. Ibid. p. 360.

Pulcherrimum est eiusdem Telegdii exemplum repe-titione aequabili plurium possessionum: *Az úton járóknak jó uti társok, a' betegeknek orvosságok, a' nyomorultaknak oltalmazójok, a' szomorúaknak vigasztalójok, a' tudatlanoknak tanéjtójok az mi édes Jesusunk:* Peregrinantum bonus comes, aegrotantium medicus, afflictorum defensor, moestorum consolator, ignorantium doctor est dulcis Jesus noster. Pars. II. p. 50.

*A' menny a' Szenteknek lakó helyek:* Coelum est Sanctorum habitaculum. Lépes. De Infer. p. 383. *Véghet-tetlen a' vendégeknek számok.* Infinitus est convivarum numerus. Ibid. p. 401.

*A' rókáknak is vermek vagyon: Est et vulpibus fo-  
vea sua.* Pázmán. Libr. Prec. p. 158. *Kiknek szájok mo-  
zog, de szivök távol vagyon:* Quorum os movetur, sed cor  
longe abest. Ibid. p. 244.

*Juhoknak tsordák:* Ovium greges. Codex MS. Transl.  
Bibl. Judith. III. 3.

*Embereknek szemeik előtt forog:* Ante hominum ocu-  
los versatur. Lépes. De Infer. p. 17.

*Az Izraelitáknek gyermekük;* Israelitarum infantes. E. 366  
Taxoni. In Dedic.

## (2) INTERIECTO SEPARATAE.

*Mert ugyan az (Isten) mindeneknek egy urok:* Nam  
idem (Deus) unus Dominus omnium. Komjáthi. Ad Rom.  
X. G. v.

*Mint az juhok, kiknek nem volna pásztorok:* Sicuti  
oves, quibus non est pastor suus. Pesti. Matth. IX. fol. 18.

*Következik a' Zsidóknak az ö hitetlenségekben való  
megkeményülések:* Sequitur Judaeorum in infidelitate sua  
obduratio. Anaxius. b. iiiij.

*Az árianusoknak az ö éktelen újságok az Tsászárt  
hozzája hajtotta:* Arianorum immanis novitas Caesarem  
ad se inclinavit. Draskovits B.

*Várja, hogy a' jóknak nevekedjék jutalmok:* Exspec-  
tat ut bonorum increscat remuneratio. Telegdi. Part. III.  
p. 359.

*A' balgatagoknak véghetetlen az ö számok:* Stulto-  
rum infinitus est numerus. Lépes. De Infer. p. 400.

*Téged az apostoloknak ditsőséges karok:* téged a' pró-  
fétáknak ditséretes számok: Te apostolorum gloriosus cho-  
rus; te prophetarum laudabilis numerus. Pázmány Libr.  
Prec. p. 167.

*Kiknek előbbeni vétkeiket lölki ösméretek eszekben jut-  
tatja:* Quorum priora peccata conscientia eorum in me-  
moriam renovat. Lépes. De Infer. p. 142. E. 367

*b.* INVERSI ORDINIS.

*Azon lön bánatjok az vitézöknek:* Super eo erat moeror militum. Tinódi. 0. 4. *Görbe Bentze hadnagyok Magyaroknak:* Benedictus Görbeus tribunus Hungarorum. Ibid.

*Halálok lezen ott az kárhoztaknak halál nélkül:* Mors erit ibi damnatorum sine morte. Lépes. De Infer. p. 418. *Mennyországban is nem mind egy arányú boldogságok vagyon az Szenteknek:* Neque in regno coelorum aequalis est beatitas Sanctorum. De Regn. Coel. p. 83.

*c.* INDIRECTO POSSESSORE.

POSSESSUM SINGVLARE.

E. 368      *Törökök ottan elveztek dolgokat, ifjak láták szertelen futásokat:* Turcae statim perdiderunt rem suam, iuvenes viderunt enormem fugam eorum. Tinódi. p. 1.

*Gyűjtöttek vele magoknak mestereket az ó kivánságok jzerént, az igazságtól hallásokat elfordétván, az első hitöket semmivé tötték:* Congregarunt sibi magistros secundum desiderium suum, a veritate auditum suum avertentes, primam fidem suam annihilarunt. Draskovits. D. 3.

E. 369      *Az árvák, özvegyek, nem fejedelmeknek, hanem atyjoknak tartották ütet:* Pupilli, viduae, non pro principe suo, sed pro patre suo habuerunt eum. Telegdi. Part. III. p. 363.

*Az szomorúság, és az halál, megőlik az ó anyjokat, a' bünt:* Tristitia, et mors, occidunt matrem suam peccatum, Lépes. De Regn. Coel. p. 87.

POSSESSVM PLVRALE.

E. 367      *Meg setétíttessenek az ó szemeik:* Obscurentur oculi eorum. Komjáthi. Ad Rom. XI. G. vij.

*És a' fiak fel támadnak szüléik ellen : Et filii insurgent in parentes suos. Pesti. Matth. X. fol. 19. Régen zsákban, és hamuban tartottanak volna penitentziát az ő büneikről : Olim in cilicio et cinere poenitentiam egissent de peccatis suis. Ibid. XI. fol. 25.*

*Minden ő részeikkkel kinokat szennednek : Omnibus partibus suis cruciatus patiuntur. Lépes. De Inf. p. 107. minden büneikból kitisztódhattanak : Ab omnibus peccatis suis mundari potuerunt. Ibid. p. 196. Az Istenet vétkeikkel igen meg | szomorították : Deum peccatis suis nimium contris- E. 368 tarunt. De Infer. p. 143. A szentek szemeiket, és akaratjokat, el nem fordithatják az Istenől : Sancti oculos suos, et voluntatem suam, avertere non possunt a Deo. De Regn. Coel. p. 74.*

*Enyhitsék meg szertelen kinjaikat : Mitigent enormes cruciatus suos. Taxoni. In Dedic.*

*Kiket midőn kegyetlen atyáik Molok bálványnak áldoznak vala, hogy anyáik sirásokat ne hallanák, dobot vernek vala : Quos dum crudeles parentes eorum idolo Moloch immolabant, ne matres eorum fletum eorum audirent tympanum pulsarunt. Ibid.*

## 2. POSSESSIONES ACCVMVLATAE.

### a) DUPLICES.

*Elmémet ne háborithassa ellenségeimnek ő álnokságok : Mentem meam ne turbare possit inimicorum meorum astutia. Prec. Lib. MS.* E. 369

*Sodomának városinak türhetőbben leszen dolgok az itélet napján : Civitatum Sodomorum remissior erit sors in die iudicii. Sylvester. Matth. XI.*

*A' Krisztus ajándékinak mi bennünk erejek lehessen: Donorum Christi vires in nobis esse possint. Anaxius. g. 1.*

*Némelly embereknek meg vakult elméjeknek gonoszságát eléggé nem tsodálhatom : Quorundam hominum ob-*

*coecatae mentis malitiam satis mirari non possum.* Draskovits. K. 3.

*Eleinknek szokások ellen : Contra maiorum nostorum consuetudinem.* C. 5.

*Isteni hatalom meg érteni az embereknek szívöknek*  
**E. 370 gondolatját :** *Divina est potentia | intelligere cogitationem cordis hominum.* Telegdi, Pars. II. p. 743.

*Hszontalan az ü hiveinek köszönések : Inanis est salutatio fidelium eius.* Part. III. p. 446.

*Az Isten alkotmányinak szépségeket szemlélnék : Comtemplarentur pulchritudinem creatorum Dei.* Lépes. De Infer. p. 112.

*Epedünk szüléinknek halálok : Contabescimus super morte parentum nostrorum.* De Mort. p. 154.

*Krisztus tanítványinak a' kigyókon hatalmok leszen : Erit potestas discipulorum Christi super serpentes.* Pázmán. Libr. Prec. p. 97.

*Foglyaidnak szabadulásokért poklokra szálltál : Pro liberatione captivorum tuorum ad inferos descendisti.* Ibid. p. 343.

b)

### TRIPICES.

*Rontásokra mentek atyánk fiainak : Itis ad destructionem filiorum patris nostri.* Tinódi. a. 4.

*Kiket eleinknek hitöknek oltalmazásától az fenyegetésök el nem szakaszthattak : Quos a defensione fidei maiorum nostrorum minae abstrahere non poterant.* Draskovits. C.

*Isten igéjének buzgó hallgatóinak állapotjok : Condicio fervidorum auditorum verbi Dei.* Telegdi. Part. II. p. 488.

**E. 371 Jobb a' te hivednek kimulások, hogy sem születések, napja :** *Melior est fidelium tuorum exitus (mortis), quam nativitatis dies.* Pázmán. Libr. Prec. p. 306.

## b. EXEMPLA VITIOSA.

## 1) POSSESSIONES SIMPLICES.

## a. RECTI ORDINIS.

## (1) CONTINENTER EXPRESSAE.

Vitiosa. Emendata.

*Sok nemzetseknek atyja. Sok nemzetégeknek atyjok.*

Multarum gentium pater-eius. Multarum gentium pater-eorum.

Komjáthi. Ad Rom. IV. E. vj.

*A' népeknek útjára ne menjetek. In gentium viam-eius ne abieritis.* *A' népeknek útjokra ne menjetek. In gentium viam-earum ne abieritis.*

Pesti Matth. X. fol. 18.

*Megholtaknak feltámadása. Megholtaknak feltámadások.* *Mortuorum resurrectio-eius.* *Mortuorum resurrectio-eorum.*

Anaxius f. i.

*Megvonní magát a' gonoszoknak társaságától. Abstrahere se a' malorum sociate-eius.* *Megvonní magát a gonoszoknak társaságuktól. Abstrahere se a malorum sociate-eorum.*

Telegdi. Part, II. p. 416.

*Egeknek Istene, vizeknek teremtője, és minden teremtett állatoknak ura. Coelorum Deus-eius, aquarum creator-eius, et omnium creatarum rerum dominus-eius.*

Lépes. De Regn. Coel. p. 47.

Egeknek Istenök, vizeknek te- E. 372  
remtőjük, és minden teremtett állatoknak urok. Coelorum Deus-eorum, aquarum creator-earum, et omnium creatarum rerum Dominus-earum.

*Ur Isten! ki a' gyarlóknak erősége, az elfáradtaknak nyugodalma, a megkeseredteknek vigasága, az elhagyattaknak örzője és oltalmazójavagy. Domine Deus! Qui debilium fortitudo-eius, defatigatorum requies-eius, contrastatorum laetitia-eius, derelictorum custos-eius, et defensor-eius es.*

*Ur Isten! ki a' gyarlóknak erőségök, az elfáradtaknak nyugodalmok, a' megkeseredteknek vigaságok, az elhagyattaknak örzőjök és oltalmazójok vagy. Domine Deus! Qui debilium fortitudo-eorum, defatigatorum requies-eorum, contrastatorum laetitia-eorum, derelictorum custos-eorum, et defensor-eorum es.*

Pázmán. Libr. Prec. p. 272.

*Kik az királyoknak házaiban vagynak. Qui in regum domibus-eius sunt.*

*Nem támadott nagyobb a színy állatoknak magzati között. Non surrexit maior inter mulierum natos-eius.*

E. 373

*Kik az királyoknak házaikban vagynak. Qui in regum domibus-eorum sunt.*

*Nem támadott nagyobb a színy állatoknak magzatjaik között. Non surrexit maior inter mulierum natos-eorum.*

Pesti. Matth. XI. fol. 21.

*Az prófétáknak titkaitő magyarázza. Prophetarum arcana-eius ille interpretatur.*

*Az prófétáknak titkaikatő magyarázza. Prophetarum arcana-eorum ille interpretatur.*

Draskovits. F. 1.

*Bűnöknek lántzaival, és köteleivel, vagyon környül vétetve. Peccatorum catenis-eius, et funibus-eius, est circumdatus.*

*Bűnöknek lántzaikkal, és köteleikkel, vagyon környül vétetve. Peccatorum catenis-eorum, et funibus-eorum, est circumdatus.*

Lépes. De Morte p. 114.

## (2) INTERIECTO SEPARATAE.

*Az embereknek nagy része. Az embereknek nagy részük.*

Hominum magna pars- Hominum magna pars-  
eius. eorum.

Telegdi. Part. II. p. 380.

Példázza az Szenteknek egy- más között való szép egyeségét. Figurat Sanctorum pulchram inter se unio- nem-eius.

Lépes. De Regn. Coel. p. 76.

*Az ajszonyoknak egész esztendő által csak az a' dolga. Mulierum per totum annum tantum ille est laboreius.*

Mikes. Epist. XXXVII.

Eltávoztatván az szóknak ék- telen ujságit. Evitando vocum inconcinnas novita- tes-eius.

Draskovits K. 7.

*Az elmulandó dolgoknak édes- gestő gondolati el enyész- nek. Periturarum rerum allicientes cogitationes- eius evanescunt.*

Lépes. De Mort. p. 142.

*Józágos tselekedeteknek, igaz és egyenes ösvényin jár. In bonorum operum, veris ac*

Eltávoztatván az szóknak ék- telen ujságaikat. Evitando vocum inconcinnas novi- tates-carum.

*Az elmulandó dolgoknak édes- gető gondolatjaik el enyész- nek. Periturarum rerum allicientes cogitationes- earum evanescunt.*

*Józágos tselekedeteknek, igaz és egyenes ösvényeiken jár. In bonorum operum, ve-*

planis semitis-eius ambulat.      ris, ac planis semitis-eorum ambulat.

Lépes. De Regn. Coel. p. 62.

### b) INVERSI ORDINIS.

*Lefztek gyülölségébe mindeneknek az én nevemért. Eritis in odio-eius omnium propter nomen meum.*

Pesti. Matth. X. fol. 19.

*Teljék kedve Magyar Urakanak. Compleatur voluptas-eius Hungarorum Dominorum.*

Tinódi. p. 2.

**E. 375** *Nints vége nyavalýáinknak.*  
Non est finis-eius aerumnarum nostrarum.

Lépes. De Mort. p. 155.

*Halaival él a' vizeknek. Piscibus-eius vescitur aquarum.*

Lépes. De Regn. Coel. p. 94.

*Lefztek gyülölségökben mindeneknek az én nevemért. Eritis in odio-eorum omnium propter nomen meum.*

*Teljék kedvök Magyar Urakanak. Compleatur voluptas-eorum Hungarorum Dominorum.*

*Nints végek nyavalýáinknak.*  
Non est finis-earum aerumnarum nostrarum.

### 2) POSSESSIONES ACCVMVLATAE.

#### a) DVPLICES.

*Térj vízfzsa az én parantsolatinnak meg tartására. Revertere ad mandatorum meorum observationem-eius.*

Lépes. De Mort. p. 140.

*Térj vízfzsa az én parantsolatinnak megtartásokra. Revertere ad mandatorum meorum observationem-eorum.*

A' te kezeidnek munkáját A' te kezeidnek munkáját  
egyed. Manuum tuarum egyed. Manuum tuarum  
opus-eius comedē.

Telegdi. Part. II. p. 650.

A' te kezeidnek alkotmányi A' te kezeidnek alkotmányai  
az egek. Manuum tuarum az egek. Manuum tuarum  
opera-eius sunt coeli.

Lépes. De Regn. Coel. p. 50.

Megerősítette a' te kapuidnak Megerősítette a' te kapuidnak **E. 376**  
lakatit. Confirmavit porta- lakatjaikat. Confirmavit  
rum seras-eius. portarum tuarum seras-  
earum.

Lépes Ibid. p. 71.

Kit az ö könyveinek bizonyosága Kit az ö könyveinek bizony-  
meg jelent. Quod ipsius li- ságok meg jelent. Quod  
brorum testimonium-eius ipsius librorum testimo-  
indicat. nium-eorum indicat.

Draskovits. E. 6.

Ditséretes írásinak méltósá- Ditséretes írásainak méltósá-  
gát elveztē. Laudabilium gokat elveztē. Laudabilium  
scriptorum suorum digni- scriptorum suorum digni-  
tatem-eius amisit. tatem-eorum amisit.

Draskovits. I. 6.

A' Szentek boldogságának vége A' Szentek boldogságoknak  
nem leszen. Non erit finis- vége nem leszen. Non erit  
-eius, beatitatis-eius, Sanc- finis-eius, beatitatis-eorum,  
torum. Sanctorum.

Lépes. De Regn. Coel. p. 68.

Ez a' könyv Isten igéretinek Ez a' könyv Isten igéretinek  
kintse. Hic liber est the- kintsök. Hic liber est the-  
saurus - eius, promissio- saurus-earum, promissio-  
num-eius, Dei. num-eius Dei.

Lépes. De Regn. Coel. p. 25.

*Isten parantsolatinak megvetőit. Contemtores-eius, mandatorum-eius, Dei.*

*Isten parantsolatinak megvetőket. Contemtores-eorum, mandatorumque-eius Dei.*

Lépes. De Infer. p. 11.

*Meg parantsolta a' madarak tollainak föl/zedését. Demanda vit collectionem-eius, | pennarum-eius, avium.*

E. 377

*Meg parantsolta a' madarak tollaiknak föl/zedését. Demandavit - collectionem-earum, | pennarum-earum avium.*

Lépes. De Mort. p. 142.

### b) TRIPICES.

*Nem kétélkedhetik Urunknak tselekedetinek igazságáról. Dubitare non potest de veritate-eius, operum-eius Domini nostri.*

Telegdi. Part. II. p. 78.

*Mesterséggel éle Dániel az Bél hamis papjainak tsalárdsginak ki nyilatkoztatásában. Arte usus est Daniel in manifestatione-eius, frau-pnm-eius, falsorum sacerdotum-eius, Beli.*

Lépes. De Mort. p. 127.

*Az én bujdosásomnak eszten-deinek napjai száz és harmintz esztendők. Centum et triginta anni sunt dies-eius, annorum-eius, peregrinationis meae.*

*Kevesek, és nem érték az én atyáimnak életeknek eszten-*

*Nem kétélkedhetik Urunknak tselekedetinek igazságokról. Dubitare non potest de veritate-eorum, operum-eius Domini nostri.*

*Mesterséggel éle Dániel az Bél hamis papjainak tsalárdsgiknak kinyilatkoztatásokban. Arte usus est Daniel in manifestatione-earum, fraudum-eorum, falsorum sacerdotum-eius, Beli.*

*Az én bujdosásomnak eszten-deinek napjaik száz és harmintz esztendők. Centum et triginta anni sunt dies-eorum, annorum-eius, peregrinationis meae.*

*Kevesek, és nem érték az én atyáimnak életeknek eszten-*

*deinek napjait.* Pauci | et non attigerunt dies-eius, annorum-eius, vitae-eorum, patrum meorum.

*deinek napjaikat.* Pauci | et **E. 378** non attigerunt dies-eorum, annorum-eius, vitae-eorum, patrum-meorum.

## 3) AFFIXA PRONOMINA PLVRALIA.

## POSSIDENTIVM RELATIVA.

EADEM AD POSSESSORVM PLVRALITATEM VITIOSE  
EXTENSA.

*Hogy elfordulnánk mű hamis-ságunkból.* Ut revertere-mur ex iniquitate-nostra.

Codex. MS. Transl. Bibl. Dan. IX. 13.

*Miért mennénk mi már Magyar országba?* Feleségünk, gyermekünk talán már meg holtanak. Quam ob rem rediremus nos iam in Hungariam? Uxor-nostra, proles-nostra fortasse iam mortuae sunt.

Mikes. Epist. XXXVI.

*Tü fiatok, és tü leánytok prófétálnak.* Tü vénetek álmokat álmodoznak. Filius-vester, et filia-vestra prophetabunt. Senex-vester somnia somniabunt.

Codex. MS. Transl. Bibl. Joel. II. 28.

*Gyorsak az ó lábak vérnek ontására.* Veloces pes-eorum ad sanguinis effusio-nem.

*Hogy elfordulnánk mű hamis-ságinkból.* Ut reverteremur ex iniquitatibus-nostris.

Bibl. Dan. IX. 13.

*Miért mennénk mi már Magyar országba?* Feleségeink, gyermekünk talán már meg holtanak. Quam ob rem rediremus nos iam in Hungariam? Uxores-nostrae, proles - nostrae fortasse iam mortuae sunt.

XXXVI.

*Tü fiatok, és tü leányítok prófétálnak.* Tü véneitek álmokat álmodoznak. Filii-vestri, et filiae-vestrae prophetabunt. Senes-vestri somnia somniabunt.

Bibl. Joel. II. 28.

*Gyorsak az ó lábaik vérnek* **E. 379** *ontására.* Veloces pedes-eorum ad sanguinis effusionem.

*Kiknek atyjok azok, a' kikből az Kriſtus vagyon. Quorum pater-eorum ii sunt, ex quibus Christus est.*

Komjáthi. Ad Rom. III. E. iij. IX. G. ij.

*Az igazaknak lelkek Isten kezében vagynak. Justorum anima-eorum in manu Dei sunt.*

Telegdi. Part. II. p. 385.

*Melly szépek a békeség hirdetőknek a' lábok ! Quam speciosi pacem evangelizantium pes-eorum !*

Idem. Part. III. p. 3.

*Boldogok, a' kiknek meg bontsáttattak álnokságok ; és be födöztettek az ü bünnök. Beati, quorum remissae sunt iniquitas-eorum ; et quorum tecta sunt peccatum-eorum.*

Idem. Part. III. p. 370.

**E. 378** *A' fáknak gyökerek a' földben vagynak. Arborum radix-eorum in terra sunt.*

Lépes. De Regn. Coel. p. 5.

*A' híveknek lelkök meg dütsőöttetnek. Fidelium anima-eorum glorificabuntur.*

Lépes. De Infer. p. 100.

*Kiknek atyáik azok, a' kikből az Kriſtus vagyon. Quorum patres-eorum ii sunt, ex quibus Christus est.*

Komjáthi. Ad Rom. III. E. iij. IX. G. ij.

*Az igazaknak lelkeik Isten kezében vagynak. Justorum animae-eorum in manu Dei sunt.*

Telegdi. Part. II. p. 385.

*Melly szépek a' békeség hirdetőknek a' lábaik ! Quam speciosi pacem evangelizantium pedes-eorum !*

Idem. Part. III. p. 3.

*Boldogok, a' kiknek meg bontsáttattak álnokságai ; és be födöztettek az ü büneik. Beati, quorum remissae sunt iniquitates-eorum ; et quorum tecta sunt peccata-eorum.*

Idem. Part. III. p. 370.

*A' fáknak gyökereik a' földben vagunk. Arborum radices-eorum in terra sunt.*

Lépes. De Regn. Coel. p. 5.

*A' híveknek lelkeik meg dütsőöttetnek. Fidelium animae-eorum glorificabuntur.*

*A' kiknek meg botsátják vét-  
keket, meg lefznek botsát-  
tatva. Quorum remiserint  
peccatum-eorum, erunt re-  
missa.*

Pázmán. Libr. Prec. p. 445.

*Akarván őtet ki /zabaditani  
kezekből. Volens eum eri-  
pere de manu-eorum.* *Akarván őtet kiszabaditani  
kezeikből. Volens eum eri-  
pere de manibus-eorum.*

Káldi. Gen. XXXVII. 22.

*Midőn fel emelték vólna sze-  
meket. Cum elevassent ocu-  
lum-suum.*

Káldi. Job. II. 12.

*Oszlasd el az ő nyelveket. Di-  
vide linguam-eorum.* *Oszlasd el az ő nyelveket.  
Divide linguas-eorum.*

Káldi. Psalm. LIV. 10.

## FFIXIO POSSESSIVA AD PARTICVLAS, QVAE POSTPOSITIONES DICVNTVR.

### 1. OBSERVATIONES.

Particulas nostras, quae adiiciuntur nominibus **F. 1**, ad indicandam horum ad alia relationem, iam diximus nobis aptius vocari postpositiones: quod in lingua nostra, ipsis quidem nominibus hoc usu postponi soleant, aliae inseparabiliter affixae, aliae intervallo separatae. Sed eaedem, quando personarum relatio ad res alias exprimenda est, priore stant loco, uti nomina alia, cum et ipsae origine sua revera nomina sint; et pronomina personarum, quarum explicant relationem ad alia, eadem affixionis

lege, quae est ipsorum nominum, sibi adnecti poscunt.

Alteraem nimirum, quae consona finiuntur, affixa pronomina, accipiunt integra, seu syllabica; alterae vero, quae vocali terminantur, iisdem iunguntur per concretionem vocalium sese contingentium; in tertiiis tamen personis, resuscitato pronominis halitu, ea itidem integra exigunt.

Utraeque porro habent saepe et praemissum sibi pronomen separatum, per pleonasmum, ut in nexu nominum diximus, non ingratum, ad emphasm, ad relationis expressionem clariorem.

Pluralem tamen numerum, licet nomina sint, hoc usu non admittunt. Vigent sola singulari notione. Affixa tantum pronomina accipiunt singularia, et pluralia: prout personarum indicant relationem ad res alias, vel singularium, vel pluralium.

Nominum formam primam pleraequae auctam habent accessionibus, per quas earum significatio prima, exceptis notionibus secundariis, ad usum postpositionum distinctius accommodatur.

Praecipuae sunt de his accessionibus, quae, earundem radicum terminatione variata, triplicem excitant in ipsis notionem secundariam, motus ad locum, quietis in loco, et motus de loco. Affixa pronomina, quae alias ipsis nominibus adhaerent, ac postea admittunt alia relationem signa, et formativa, hic, exceptis exemplis paucissimis, ordine inverso postrema sunt.

Hanc legem usu latiore adhuc superstitem vidimus

apud Lappones: qui affixa pronomina, ad indicandam possessionem, ad nomina adiiciunt casum formativis, aliisque postpositionibus inseparabilibus, iam aucta.

2.

## PARADIGMATA.

Subiungimus et harum exempla quaedam: ut possessivae affixionis ratio et in his tanto clarius pateat, ipsis adeo oculis proposita. Significationes genuinas, quae in his coacervatae sunt, Latine redimimus, praeter vulgarem expressionem simplicem, | adiecta etiam circumscriptione; et ipsorum scilicet <sup>F. 2</sup> nominum, de quibus sunt postpositiones, valore proprio, et accessionum vi distinete explicata.

a) POSTPOSITIONES DE EADEM RADICE  
ACCEPTIS AVGMENTIS  
AD EXCITANDAM NOTIONEM

Motus ad locum. Quietis in loco. Motus de loco.

## 1. RADICIBVS CRASSIS.

*Alá.* Infra, sub. *Alatt.* Sub, subtus. *Alól.* De inferno.  
Ab eadem radice *al*, pars ima, imum, infernum.

## POSSESSORIBVS SINGVLARIBVS.

<i>Alá-m.</i>	<i>Alatt-am.</i>	<i>Alól-am.</i>
Sub me.	Sub me.	De sub me.
In imum mei.	In imo mei.	De imo mei.
<i>Alá-d.</i>	<i>Alatt-ad.</i>	<i>Alól-ad.</i>
Sub te.	Sub te.	De sub te.
In imum tui.	In imo tui.	De imo tui.

<i>Alá-ja.</i>	<i>Alatt-a.</i>	<i>Alól-a.</i>
<i>Sub eum.</i>	<i>Sub eo.</i>	<i>De sub eo.</i>
<i>In imum eius.</i>	<i>In imo eius.</i>	<i>De imo eius.</i>

## POSSESSORIBVS PLVRALIBVS.

<i>Alá-nk.</i>	<i>Alatt-unk.</i>	<i>Alól-unk.</i>
<i>Sub nos.</i>	<i>Sub nobis.</i>	<i>De sub nobis.</i>
<i>In imum nostri.</i>	<i>In imo nostri.</i>	<i>De imo nostri.</i>
<i>Alá-tok.</i>	<i>Alatt-atok.</i>	<i>Alól-atok.</i>
<i>Sub vos.</i>	<i>Sub vobis.</i>	<i>De sub vobis.</i>
<i>In imum vestri.</i>	<i>In imo vestri.</i>	<i>De imo vestri.</i>
<i>Alá-jok.</i>	<i>Alatt-ok.</i>	<i>Alól-ok.</i>
<i>ó alá-jok.</i>	<i>ó alatt-ok.</i>	<i>ó alól-ok.</i>
<i>Sub eos.</i>	<i>Sub iis.</i>	<i>De sub iis.</i>
<i>In imum eorum.</i>	<i>In imo eorum.</i>	<i>De imo eorum.</i>

## SIC EXEMPLA ALIA.

*Reá,* Super, in, ad. *Rajt.* Super.      *Ról.* Desuper, de  
Ab eadem radice *ra*, excelsum, altitudo.

## ET CETERA.

2.

## RADICIBVS TENVIBVS.

*Bele.* In, intro.    *Benn.* In, intus.    *Belől.* Ex intus, ex.  
Ab eadem radice primigenia *be*, intimum.

## POSSESSORIBVS SINGVLARIRVS.

<i>Belé-m.</i>	<i>Benn-em.</i>	<i>Belől-em.</i>
<i>In me.</i>	<i>In me.</i>	<i>Ex me.</i>
<i>In intimum mei.</i>	<i>In intimo mei.</i>	<i>Ex intimo mei.</i>
<i>Belé-d.</i>	<i>Benn-ed.</i>	<i>Belől-ed.</i>
<i>In te.</i>	<i>In te.</i>	<i>Ex te.</i>
<i>In intimum tui.</i>	<i>In intimo tui.</i>	<i>Ex intimo tui.</i>
<i>Belé-je.</i>	<i>Benn-e.</i>	<i>Belől-e.</i>
<i>In eum.</i>	<i>In eo.</i>	<i>Ex eo.</i>
<i>In intimum eius.</i>	<i>In intimo eius.</i>	<i>Ex intimo eius.</i>

## POSSESSORIBVS PLVRALIBVS.

<i>Belé-nk.</i>	<i>Benn-ünk.</i>	<i>Belől-ünk.</i>
In nos.	In nobis.	Ex nobis.
In intimum nostri.	In intimo nostri.	Ex intimo nostri.
<i>Belé-tek.</i>	<i>Benn-etek.</i>	<i>Belől-etek.</i>
In vos.	In vobis.	Ex vobis.
In intimum vestri.	In intimo vestri.	Ex intimo vestri.
<i>Belé-jek.</i>	<i>Benn-ek.</i>	<i>Belől-ök.</i>
In eos.	In iis.	Ex iis.
In intimum eorum.	In intimo eorum.	Ex intimo eorum.

## SIC EXEMPLA ALIA.

*Közé.* Inter.      *Között.* Inter.      *Közül.* Ex medio.  
De eadem radice *köz*, medium, intercapedo.

## ET CETERA.

## EXCEPTIO.

*Eleve*, Prae, ante.    *Előtt*. Ante, coram.    *Elől*. A fronte.

De eadem radice *elő*, incipiens, principium. Sed *eleve*, etiam *éléve*, *előve*, cum notione motus ad locum, hodie tantum in compositione cum verbis usurpatur. In affixione vero possessiva, amissa particula *ve*, quae motum indicat ad locum, ipsa radix *elő*, nominis valore aperte resumto affixa | pronomina prius accipit, postea particulam F. 4 *be*, priori aequivalentem. Idem facit saepe et *köz*. Sed ista recurrent loco opportuniore. Nunc satis esto, affixio- nis hanc deflexionem indicasse in socia particula prima, cum reliquis duabus non conveniente.

## POSSESSORIBVS SINGVLARIBVS.

<i>Elő-m-be.</i>	<i>Előtt-em.</i>	<i>Elől-em.</i>
Ante me.	Coram me.	A fronte mei.
In principio mei.	In principio mei.	A principio mei.
<i>Eől-d-be.</i>	<i>Előtt-ed.</i>	<i>Elől-ed.</i>

Ante te.	Coram te.	A fronte tui.
In principium tui.	In principio tui.	A principio tui.
<i>Ele-jé-be.</i>	<i>Elött-e.</i>	<i>Elől-e.</i>
Ante eum.	Coram eo.	A fronte eius.
In principium eius.	In principio eius.	A principio eius.

## POSSESSORIBVS PLVRALIBVS.

<i>Elő-nk-be.</i>	<i>Elött-ünk.</i>	<i>Elől-ünk.</i>
Ante nos.	Coram nobis.	A fronte nostri.
In principium nostri.	In principio nostri.	A principio nostri.
<i>Elő-tök-be.</i>	<i>Elött-etek.</i>	<i>Elől-etek.</i>
Ante vos.	Coram vobis.	A fronte vestri.
In principium vestri.	In principio vestri.	A principio vestri.
<i>Ele-jek-be.</i>	<i>Elött-ök.</i>	<i>Elől-ök.</i>
Ante eos.	Coram iis.	A fronte eorum.
In principium eo-	In principio eorum.	A principio eorum.

Tertiae personae affixio *ele-jé-be*, invaluit sine halitu, *ele-é-be*. Quod apud antiquos occurrit saepissime. Ex hoc porro, acuti é prona in *i* mutatione, natum est *ele-i-be*. Legitur utrumque usu promiscuo in sacris Sermonibus MSS. de B. V. Maria : *eleében jöttenek a' menynyei angyelok*; obviam illi venerunt coelestes angeli; *az teljes mennyei udvar eleiben kijöve*; tota coelestis aula ipsi obviam ivit. Tolerabilis haec corruptio traxit post se aliam maiorem, *i* vocali in consonam *j* mutata, *ele-j-be* Quam formam, licet vitiosam, adhibet vel ipse Faludius, certe versus necessitate : *menjünk elejbe, bajnokim* (Oda IV.) ; Eamus ipsi obviam, pugiles mei ! Prorsus eadem est affixio ad nomina analoga, *erdő*, silva, *idő*, tempus: *menjünk a' váras erdejébe*; eamus in silvam-eius, civitatis ; *ha lehet, annak idejében*; si fieri potest, in eius tempore, id est, apto tempore. Si in his absurdia est con-

F. 5 tractio | *erdejbe, idejbe, quomodo potest placere in elejbe ?*

Oborta hinc verae originis ignoratio quibusdam falsam suasit evolutionem: ut, de *ele-j-be*, in principium eius, resecta postpositione *be*, quae per se clara est, residuum *ele-j* pro radice haberetur. Quasi vero in hoc *ele-j* principium-eius, non restaret adhuc notio possessivi pronominis, *cius*, latens in *j*. Quo pariter sublato remanet certe *ele*, restituto vocalis accentu *elé*, ipsum scilicet *elő*.

Irrepsit porro et iste error: ut ad corruptam hanc formam *elejbe* nova fieret affixio possessiva, ipsi utique iam repugnans: *elejbé-je*, *elejbé-d*, *elejbé-m*; *elejbé-k*, etiam *elejbé-jek*, *elejbé-tek*, *elejbé-nk*. Est hoc vitium frequens in vulgi sermone quarundam partium. Si quid coniectura assequor, huius ortus est ex confusione formarum, quae diversae invaluerunt: corruptae *elejbe*, cum sincebris *eleve*, *eléve*, *elóve*. Illa, his par visa, accepit imitatione horum rectam olim affixionem possessivam: *elevé-je*, *elevé-d*, *elevé-m*; *elevé-jek*, *elevé-tek*, *elevé-nk*. Analogia ista affixio aliquando certe vigere debuit: cum supersit par affixio similius postpositionum: quae eodem formativo increverunt ad excitandam notionem motus ad locum: ex. gr. *bele*; *belé-je*, *belé-d*, *belé-m*; *belé-jek*, *belé-tek*, *belé-nk*.

Si tamen postpositio *be*, pro particula *ve* adnexa F. 9 esset ipsi radici purae, ablata *j* litera, *elő* vel *elé*: formae rectae, *elő-be*, *elé-be* affixis pronominibus auctae, secundum legem Lapponicam, olim certe apud nos quoque latius vigentem, *elő-bé-je*, *elő-bé-d*, *elő-bé-m*, *elő-bé-jek*, *elő-bé-tek*, *elő-bé-nk*, haberi possent pro quibusdam reliquiis venerandae antiquitatis remotissimae. Sed radici purae adhaerens *j* apertam prodit corruptionem: ut ne ista quidem explanatione defendi queat affixa possessiva ad eam facta.

Usu antiquissimo invaluit postpositio *után* cum affixe possessiva: *után-a*, *után-ad*, *után-am*; *után-ok*, *után-atok*, *után-unk*: ad quam componendam participium *utó*, vestigium premens, nominis valore accepit post-

positionem *an*: *utó-an*, concretis vocalibus *utá-n*, proprie*in* vestigio, accommoda significatione *post*. Sic increvit et *köz*, medium, accepta eadem postpositione *an*, vocali congruenter mutata, *közön*, in medio. Quae tamen lege eadem non pariter aucta est affixo pronomine. Funebris allocutio, licet antiquissima, eam quidem iam sic habet *köz-ök-ön*, in eorum medio, non autem *köz-ön-ök*. Nominis nempe valor in hac apertior nominum legem iam communem suasit servandam. Quod fit tum etiam, cum postpositioni *an*, substituitur aequivalens *be*: *köz-be*, in medio, in medium; inde *köz-ök-be*, in eorum medio, in eorum medium, non vero *köz-bé-jek*. Ita est *elő*, cum adhibetur cum notione motus ad locum, placet constructum resumto nominis valore: *ele-jek-be*, in eorum principium; *ele-jé-be*. in eius principium.

F. 5 De *eleibe*, habetur etiam plurale *eleikbe*. Utraque sic utitur et ipse Káldius: *Eleibe jövének az Isten angyali* (Gen. XXXII. 1.); Iverunt ei obviam angeli Dei: *Felkele, és eleikbe méne* (Ibid. XIX. 1.); Surrexit et ivit obviam ei. Accuratiores tamen genuina adhibent. In his est Molnárus omnium constantissimus: *Könyörögvén elejébe esdenek* (De Summo Bono. pag. 138); Supplicantes coram ipso prosternuntur: *Kemény letzkét ád elejekbe*. (Ibid. pag. 181.); Severam lectionem coram ipsis depromit.

### b) POSTPOSITIONES NON VARIANTES AD EXCITANDAM MOTVS, VEL QVIETIS NOTIONEM.

#### 1. VOCALIBVS CRASSIS.

*Miatt.* Propter, ob. *Nál.* Apud, penes. *Után.* Post.

#### POSSESSORIBVS SINGVLARIBVS.

<i>Miatt-am.</i>	<i>Nál-am.</i>	<i>Után-am.</i>
Propter me.	Apud me.	Post me.

De caussa mei.	E regione mei.	In vestigio mei.
<i>Miatt-ad.</i>	<i>Nál-ad.</i>	<i>Után-ad.</i>
Propter te.	Apud te.	Post te. <span style="float: right;">F. 6</span>
De caussa tui.	E regione tui.	In vestigio tui.
<i>Miatt-a.</i>	<i>Nál-a.</i>	<i>Után-a.</i>
Propter eum.	Apud eum.	Post eum.
De caussa eius.	E regione eius.	In vestigio eius.

## POSSESSORIBVS PLVRALIBVS.

<i>Miatt-unk.</i>	<i>Nál-unk.</i>	<i>Után-unk.</i>
Propter nos.	Apud nos.	Post nos.
De caussa nostra.	E regione nostri.	In vestigio nostri.
<i>Miatt-atok.</i>	<i>Nál-atok.</i>	<i>Után-atok.</i>
Propter vos.	Apud vos.	Post vos.
De caussa vestri.	E regione vestri.	In vestigio vestri.
<i>Miatt-ok.</i>	<i>Nál-ok.</i>	<i>Után-ok.</i>
Propter eos.	Apud eos.	Post eos.
De caussa eorum.	E regione eorum.	In vestigio eorum.

## 2. VOCALIBVS TENVIBVS.

<i>Érett.</i> Propter, pro. <i>Vel.</i> Cum.	<i>Ellen.</i> Adversus, contra.
--	------------------------------------

## POSSESSORIBVS SINGVLARIBVS.

<i>Érett-em.</i>	<i>Vel-em.</i>	<i>Ellen-em.</i>
Propter me.	Mecum.	Contra me.
Ex pretio mei.	Comitatu mei.	Adversum mihi.
<i>Érett-ed.</i>	<i>Vel-ed.</i>	<i>Ellen-ed.</i>
Propter te.	Tecum.	Contra te.
Ex pretio tui.	Comitatu tui.	Adversum tibi.
<i>Érett-e.</i>	<i>Vel-e.</i>	<i>Ellen-e.</i>
Propter eum.	Cum eo.	Contra eum.
Ex pretio eius.	Comitatu eius.	Adversum ei.

## POSSESSORIBVS PLVRALIBVS.

<i>Érett-ünk.</i>	<i>Vel-ünk.</i>	<i>Ellen-ünk.</i>
Propter nos.	Nobiscum.	Contra nos.
Ex pretio nostri.	Comitatu nostri.	Adversum nobis.
<i>Érett-etek.</i>	<i>Vel-etek.</i>	<i>Ellen-etek.</i>
Propter vos.	Vobiscum.	Contra vos.
Ex pretio vestri.	Comitatu vestri.	Adversum vobis.
<i>Érett-ek.</i>	<i>Vel-ek.</i>	<i>Ellen-ek.</i>
Propter eos.	Cum iis.	Contra eos.
Ex pretio eorum.	Comitatu eorum.	Adversum iis.

F. 7 Sic etiam Fennicarum gentium postpositiones, ortae de nominibus, uti nostrae, eadem lege accipiunt affixa pronomina. Exempla tantum de Lapponicis lubet proferre. Priora horum clare congruunt cum nostris : in quibus adsunt et augmenta ad excitandam notionem motus ad locum, quietis in loco, et motus de loco. Posteriora sunt de non variantibus. Sed hac parte proprietas horum comparatio cum nostris instituetur loco magis opportuno. Nunc solam affixionem videamus.

## PRIORA.

<i>Kaskai.</i> Inter.	<i>Kaskan.</i>	<i>Kaskast.</i>
In medium.	In medio.	De medio.

## POSSESSORIBVS SINGVLARIBVS.

<i>Kaskai-m.</i>	<i>Kaskan-am.</i>	<i>Kaskast-am.</i>
In medium mei.	In medio mei.	De medio mei.
<i>Kaskai-d.</i>	<i>Kaskan-ad.</i>	<i>Kaskast-ad.</i>
In medium tui.	In medio tui.	De medio tui.
<i>Kaskai-s.</i>	<i>Kaskan-as.</i>	<i>Kaskast-as.</i>
In medium eius.	In medio eius.	De medio eius.

## POSSESSORIBVS PLVRALIBVS.

<i>Kaskai-me.</i>	<i>Kaskan-eme.</i>	<i>Kaskast-eme.</i>
<i>Kaskai-mek.</i>	<i>Kaskan-emek.</i>	<i>Kaskast-emek.</i>

In medium nostri.	In medio nostri.	De medio nostri.
<i>Kaskai-de.</i>	<i>Kaskan-edē.</i>	<i>Kaskast-edē.</i>
<i>Kaskai-dek.</i>	<i>Kaskan-edek.</i>	<i>Kaskast-edek.</i>
In medium vestri.	In medio vestri.	De medio vestri.
<i>Kaskai-sa.</i>	<i>Kaskan-asa.</i>	<i>Kaskast-asa.</i>
<i>Kaskai-sek.</i>	<i>Kaskan-esek.</i>	<i>Kaskat-esek.</i>
In medium eorum.	In medio eorum.	De medio eorum.

\* \* \*

<i>Mangai.</i> Pone, post.	<i>Mangen.</i>	<i>Mangest.</i>
In tergum.	In tergo.	De tergo.

#### POSSESSORIBVS SINGVLARIBVS.

<i>Mangai-m.</i>	<i>Mangen-am.</i>	<i>Mangest-am.</i>
<i>Mangai-d.</i>	<i>Mangen-ad.</i>	<i>Mangest-ad.</i>
<i>Mangai-s.</i>	<i>Mangen-as.</i>	<i>Mangest-as.</i>

#### POSSESSORIBVS PLVRALIBVS.

<i>Mangai-me.</i>	<i>Mangen-eme.</i>	<i>Mangest-eme.</i>
<i>Mangai-mek.</i>	<i>Mangen-emek.</i>	<i>Mangest-emek.</i>
<i>Mangai-de.</i>	<i>Mangen-ede.</i>	<i>Mangest-ede.</i>
<i>Mangai-dek.</i>	<i>Mangen-edek.</i>	<i>Mangest-edek.</i>
<i>Mangai-sa.</i>	<i>Mangen-asa.</i>	<i>Mangest-asa.</i>
<i>Mangai-sek.</i>	<i>Mangen-esek.</i>	<i>Mangest-esek.</i>

#### POSTERIORA.

<i>Lusa.</i> Ad.	<i>Pira.</i> Circa.	<i>Neiga.</i> Erga.
------------------	---------------------	---------------------

#### POSSESSORIBVS SINGVLARIBVS.

<i>Lusam.</i>	<i>Piram.</i>	<i>Neigam.</i>
Ad me.	Circa me.	Erga me.
<i>Lusad.</i>	<i>Pirad.</i>	<i>Neigad.</i>
Ad te.	Circa te.	Erga te.
<i>Lusas.</i>	<i>Piras.</i>	<i>Neigas.</i>
Ad eum.	Circa eum.	Erga eum.

## POSSESSORIBVS PLVRALIBVS.

<i>Lusame.</i>	<i>Pirame.</i>	<i>Neigame.</i>
<i>Lusamek.</i>	<i>Piramek.</i>	<i>Neigamek.</i>
<i>Ad nos.</i>	<i>Circa nos.</i>	<i>Erga nos.</i>
<i>Lusade.</i>	<i>Pirade.</i>	<i>Neigade.</i>
<i>Lusadek.</i>	<i>Piradek.</i>	<i>Neigadek.</i>
<i>Ad vos.</i>	<i>Circa vos.</i>	<i>Erga vos.</i>
<i>Lusasa.</i>	<i>Pirasa.</i>	<i>Neigasa.</i>
<i>Lusasek.</i>	<i>Pirasek.</i>	<i>Neigasek.</i>
<i>Ad eos.</i>	<i>Circa eos.</i>	<i>Erga eos.</i>

## UTÓSZÓ.

Az idén mult száz esztendeje, hogy Révai Miklóst, első nagy nyelvtudósunkat, legjava munkássága köréből elragadta a halál. Az 1807. évben az április hó első napja vetett véget sokat hányatott s csak kevessel előbb révbe ért életének. Ez emlékezetes évforduló alkalmával a Magyar Tudományos Akadémia Nyelvtudományi Bizottsága — Rubinyi Mózes dr. indítványára, a ki kegyeletes gonddal tanulmányozta Révai írásait — elhatározta, hogy közzéteszi Révai Miklós nagy nyelvtanának III. kötetét, amelynek kézirata legnagyobb részben fennmaradt s meg van őrizve a Nemzeti Muzeum könyvtárában. A kiadás gondozását a Nyelvtudományi Bizottság az alulirotra bízta, mint a bizottság előadójára és Révainak — egyetemi tanszékén — egyik utódjára.

Az *Elaborator Grammatica Hungarica*-ból Révai életében két kötet jelent meg, s úgy látszik már a harmadik kötetnek is egy része a szedő kezében volt, mikor a halál közbeszolt. A három kötetnek egymáshoz való viszonyát s a szerzőnek egyéb nagyszabású irodalmi tervezet, föltünteti a következő jelentés, a mely *Alázatos segedelem kérés* című füzetében jelent meg halála előtt alig egy esztendővel :

## NVNCIVM.

*Elaborator Grammatica Hungarica, ad genuinam Patrii Sermonis Indolem fideliter exacta, Affiniumque Linguarum Adminiculis locupletius illustrata, Opus Joannis*

Nicolai Révai, Linguae, ac Literaturae Hungaricae Professoris Publici Ordinarii in Regia Scientiarum Universitate Pestinensi, destinatione prima completurum erat phyliras amplius 70. Hanc molem suasit tum bona ratio diuidendam in duo Volumina fere aequalia; et ista porro, partitione minore, in totidem Tomos distribuenda. In quo temporum interuentu, sumtibus etiam typographicis nimium exaggeratis, ad florenos omnino 1600 in exemplaribus 1000, pretium Operis pro numero Tomorum, qui hoc pacto quatuor erant futuri, constitutum est moderatum, *quatuor tantum floreni*.

Cum vero inchoatam Operis editionem morata sunt impedimenta varia: primum quidem Auctoris diversa occupatio inexpectata, et fracta valetudo morbo recidiuo saepe afflita; deinde sumtuum quam maxime, qui requirebantur, solito difficilior suppeditatio: creuit interea moles, principio designata, et exterorum, et domesticorum gratia. Illis enim, vel primis harum lucubrationum partibus iam editis, valde probari coepit tentata linguae nostrae evolutio genuina, et demonstrata ad evidentiam cum linguis affinibus mira consensio: istos vero, ad rectam, et solidam linguae patriae cognitionem, raros licet, tamen cum voluptate erectos, turbulentia quaedam capita, non tantum clamoribus maleuolis, sed scriptis etiam inuidis, et insulis, peruertere, et a bono propositio auocare contenderunt. Quare utrisque, et placendi, et succurrenti studio maiore, omnino ad linguae integritatem a corruptionibus hodiernis plenius vindicandam, partes potiores erant prolixius deducendae, adiectis novis observationibus et obiectionum refutationibus, ingratis quidem, sed necessariis ad cohimbendos conatus adversos. Quo factum est, ut Opus absolutum sui dimidio iam auctius prodeat, in phyliris amplius 100.

Mutanda erat propterea Operis partitio. Id nunc

tribus comprehenditur Voluminibus, omissa Tomorum subdivisione. Volumini primo praemissa est phylira una cum novo Titulo, coniunctis Maecenatum Laudibus, antea separatum datis, et aucta Praefatione priore; est praeterea recusa phylira A, adiectis Vicissitudinibus curatae Editionis, et Praecipua Operis Ratione; item et alia phylira T, pagina 289, denuo impressa, cum inserta Animadversione Necessaria, Pronominum Explanationi praemissa. Volumini secundo novus itidem Titulus datus, et nova Inscriptio, Excellenti Maecenati pro singulari merito seorsum facta, recusa phylira Mm: adiectae Vindiciae de Secunda Verborum Forma Indeterminata radice aucta; subiunctus demum Cconspectus Operis, et Index Rerum, quae continentur hoc Volumine Secundo. Volumen tertium, prioribus par mole, simili imprimitur apparatu.

Bonorum conatum Aequi Aestimatores ultro peruident auctam hac editione sumtuum rationem, qui in exemplaribus tantum 1000 aequant florenos omnino 1300. Itaque nec pretium Operis grauate ferent auctum necessario, moderate tamen, seruata ratione prima; licet iniqiora sint tempora editionis posterius curatae. Volumina singula venalia exponuntur *florenis duobus*, Opus integrum *florenis sex*.

Qui partes priores habent iam pretio primo redemptas, pendent pretium Voluminis tantum tertii *florenos duos*, pro integro proinde opere *florenos quinque*: quibus dabuntur gratuito etiam priorum Voluminum phylirae, suis locis inserendae, et recusae, et noviter impressae, Volumini tertio fideliter adiectae; siquidem Auctoris conatum Insignes hi Cives Patriae, opere licet nondum perfecto, prompte tamen iuverint partium iam editarum grata emtione, posteriorum spe non abiecta.

Sistuntur iam et huius Operis, et aliorum Volumina distincta, partim iam edita, partim quantocius

edenda, singula cum defixo pretio, et indicatis, ut iam coeptum est, editionis sumtibus exemplaribus 1000.

1. *Elaborator Grammatica Hungarica, ad genuinam Patrii Sermonis Indolem fideliter exacta, Affiniumque Linguarum Adminiculis locupletius illustrata, Tribus Voluminibus comprehensa.*

*Volumen I.* complectitur *Introductionem*. Tres Partes primas Grammaticae: *Orthoepiam, Prosodiam, Orthographiam*. Ex Parte Quarta Grammaticae, quae est *Etymologia*, Partis Primae de *Vocum Inflexione Sectionem primam de Inflexione Nominum*; Sectionem secundam de *Inflexione Pronominum*. Iam impressum prostat venale florenis 2.

*Volumen II.* complectitur ex Parte quarta Grammaticae, quae est *Etymologia*, Partis primate de *Vocum Inflexione Sectionem tertiam de Inflexione Verborum*. Est et hoc impressum et venum it florenis 2.

*Volumen III.* complectitur ex Parte quarta Grammaticae, quae est *Etymologia*, Partem secundam de *Vocum Derivatione*; Partem tertiam de *Vocum compositione*. Demum Grammaticae Partem quintam, seu *Syntaxim*. Imprimitur venale futurum florenis 2.

2. *Compendium Elaboratoris Grammaticae Hungaricae in Usum Altiorum*. Proxime imprimendum, et venui exponendum florenis 2. Sumtum poscit editio florenorum amplius 700.

3. *Vocabula Hungarica cognata Orientalibus, cum primis Hebraicis, Chaldaicis, Syriacis, et Arabicis, Turcicis item, et Persicis*. Quibus interserta sunt etiam *Sepentrionalia, Lapponica, Fennica, et Ethonica, utrisque affinia*. Exspectant editionis subsidia florenorum prope 1600. Venalia futura florenis 5.

4. *Antiquitates Literaturae Hungaricae*. Collectiones variae, observationibus perpetuis illustratae, ad erude-

randam Antiquam Literaturam Hungaricam, completurae Volumina plura. Modo tria dumtaxat indicantur.

*Volumen I.* quod complectitur duas Allocutiones Funebres, genuinae veteri pronunciationi restitutas, et Commentario Grammatico illustratas. Monumentum inter Manuscripta Hungarica, quae sciuntur, omnium vetustissimum. Typis iam expressum, factis impensis florenorum amplius 500. Prostat venale floreno 1, crucigeris 30.

*Volumen II.* quo exhibetur Translatio Hungarica admodum vetusta Sacrorum quorundam Librorum Veteris Testamenti, ex Codice Manuscripto Palatinae Bibliothecae Viennensis in lucem prolata, adiectis Notis necessariis. Haeret copta editio sumtuum defectu, ad quos requiruntur floreni 600, et amplius. Venale futurum florenis 2.

*Volumen III.* quod continet Observationes Grammaticas, locupletissimum praeterea Elenchum Vocum Singularium, adiecto Veterum Usu, et perpetua Evolutione Etymologica, ad Translationem Hungaricam admodum Vetustam Sacrorum quorundam Librorum Veteris Testamenti. Exspectat et hoc editionis subsidia florenorum minimum 500. Prostabit venale floreno 1, crucigeris 30.

5. Sequuntur Opera alia, concinnata sermone patrio, ad explicandam Literaturam Hungaricam: Historia Literaria, Stilus Cultior Hungaricus, et Chrestomathia Hungarica. Sunt et haec in lucem proditura quantocius; modo sumtus necessarii, et sufficientes, benigne suppeditentur, floreni 2000, et amplius.

### A' MAGYAR DEÁKSÁG.

I. Kötet, melyben a' Magyar Deáki Történet adaptik elő, — a' nevezetesebb példák után. — Az első rész a' Magyar nyelvről szóll egyedül, és külön; először is annak eredetéről, 's régiségéről, 's atyafiságáról; azután természetéről, vagy saját minémüségéről; to-

vább pedig viszontagságairól, növő, gyarapodó, alább eső, és egyéb változó állapatjáról; 's végtére a' nyelvtanulásnak segedelmeiről. A' második rész, a' Magyar deákságot mutatja, az az, a' Magyar Nemzetnek, az írástudásban, s' egyéb tanúságokban hazai nyelvén való járatosságát, felhozatott emlekezetes jegyekben, régi, közép idejű és utóbbi jeles írásokban.

Venui exponendum floreno 1, crucigeri 30.

*II. Kötet, mellyben a' Magyar Szép Toll foglaltatik — főképen Adelung után.* — Az első rész fejtegeti a' Szép Tollnak közönséges tulajdonságait: a' hibátlanságot, tisztaságot, világoságot, illendőséget, általjában szóllást, méltóságot, kedvességet, elevenséget, külöombséget, újságot, és egységet. A' második rész magyarázza a' Szép Tollnak különös nemeit: a' méltóságra nézve az alsót, a középszerüt, a' felsőt; a' tzélra, és tárgyra nézve a' foglalatoskodó tollat, különös nevén a' tisztbélit, udvari és törvényszéki tollra felosztva; azután a történetíró, s' a' tanító tollat; tovább a képest, vagy figurást; az érdéklő, az indúlatost, a' magasat; végtére a szólló, a' játékos, s' a' költő tollat. A' harmadik rész leg rövidebben szóll a' Szép Tollra megkivántató segedelmekről.

Prostabit venale florenis 2.

*III. Kötet, mellyben a' Magyar Beszédnek Példái hozatnak elő — a' Jelesebb Írókból.* — Ezen példák a' Szép Tollnak különös nemei szerént vagynak elrendeltetve, s' mindenütt elobb a' régi, azután a' közép idejű, 's végtére az utóbbi szerzeményekből.

Venui subiiciendum floreno 1, crucigeris 30.

6. Accedunt *Prolusiones, habitae in Auspiciis Collegii Hungarici*, tribus annis continuis 1802—3—4. Editionis sumptus est florenorum 70. Venum eunt crucigeris 15.

7. Adiciuntur demum *Disceptationes Philologicae*, ab auditoribus Collegii Hungarici Pestani conscriptae

sermone patrio ad tuendum Systema Révaianum. Sub nominibus in Selectorum Societate adoptatis, more Ar-  
cadum Romanorum, ad excitandam Philologiae Hun-  
garicae cupiditatem in Iuventute nostra maiorem.

*Versegi Ferentznek tisztasággal kérkedő Tisztálatan Magyarsága, mellyet nyilvánvaló egyenes okokkal tisztán megmutat, Révai Miklósnak Hiv Tanítványa, 's Igaz Jó Barátja, Világosvári Miklósfi János.* Explicat cumprimis formas coniugationum, et vindicat ab erroribus hodier-  
nis formam verborum inderminatam secundam radice  
aucta. In editionem impensi sunt floreni 150. In phyliris  
 $7\frac{1}{2}$ , venale crucigeris 30.

*Versegi Ferentznek megsalatkozott illetlen Motskoló-  
dásai a' Tisza Magyarságban, melyeket valóságok szerént  
nyilván megmutat, és méltán megdorgál, Révai Miklósnak  
Buzgó Hiv Tanítványa, 's Igaz Tisztelője, Fényfalvi Kar-  
dos Adorján.* Habet inter alia euolutam Genuinam Philo-  
logiam Hungariam. Editionis impensae sunt florenorum  
280. In phyliris 14, venale crucigeris 56.

*Versegi Ferentznek megfogyatkozott Okoskodása, a'  
Tisza Magyarságban, melylyct a' józan okoskodásnak tör-  
vényeiből kihozatott igaz okokkal meg-bizonyít,* Révai Mik-  
lósnak Hiv Tanítványa, és Szerető Barátja, Boldogréti Vig  
László. Explanat praeprimis Linguae Hungaricae Systema  
Proprium, et Praecipua Philologiae Hungaricae Princi-  
pia. Editio curata est florenis 360. In phyliris 18, venale  
floreno 1, crucigeris 12.

Pestini, mense Maio, 1806.

A múzeumi kéziratok közt\* fönnymaradt a nagy  
nyelvtan harmadik kötetének nagyobb része, nevezetesen  
az egész szóképzéstán s a mondattanból a birtokviszony

---

\* A Segedelem-kérésben említetteken kívül még több  
nyelvtani töredéket és tervezetet is találunk Révai kéziratai  
közt, egyrészt nagy nyelvtanához való előmunkálatokat,

*V* részletes tárgyalása. Csak a mondattannak többi része és az összetételekről tervezett fejezet hiányzik.

A kézirat hat kisebb-nagyobb füzetből áll. Ezek közül kettő teljesen sajtó alá volt rendezve és tisztázva, a harmadik, negyedik s ötödik füzet még tisztázatlan volt. A harmadik füzet tartalmát (a szóképzés utolsó részét) nem közölhettem eredeti sorrendjében, mert egy részét a szerző már más sorrendben vette át a tisztázott és sajtó alá rendezett füzetekbe; nekem tehát e kiadásban a többöt az ő szándékának megfelelően kellett úgy a hogy rendeznem. Azonban az eredeti kézirat elrendezése kitűnik a kéziratok lapszámaiból, a melyeket jeleztem a kiadásban a lapok külső szélén. (E lapszámokban

másrészt a nyomtatott nyelvtanból tervezett kivonatokat. Ilyenek a következők:

(Qu. Lat. 2213.) «*Brevis institutionum linguae Hungaricae adumbratio. Budae, Typis regiae universitatis 1792.*» Benne: «*Manuductio in institutiones linguae Hungaricae in usum professorum in gymnasiis.*» — Továbbá: «*Synopsis et ordo doctrinae a professoribus linguae et literaturae Hungaricae in Academiis proponendae.*»

(Qu. Lat. 2218.) Egy kétnyelvű nyelvtan kezdete ilyen párhuzamos címmel:

A magyar Nyelvtanítás.		Die ungarische Sprachlehre.
---------------------------	--	--------------------------------

(Qu. Lat. 2224.) «*Disquisitiones grammaticae ad grammaticam Hungaricam certius figendam. Vol. I. De pronominibus eorumque usu cum primis possessivo cum originibus.*» — Vol. II. az igeragozásról szól.

(Qu. H. 1300. B. 6.) «*Possessionum Exempla recta et vitiosa.*»

(Qu. H. 1306. 1—3.) «*Chrestomathia.*» (Nyelvtörténeti olvasókönyv. Nyilván a Magyar Deákság III. részéhez való anyaggyűjtemény.)

(Oct. Lat. 500.) «*Compendium elaboratoris grammaticae Hungaricae. In usum altiorum. Pestini, Typis M. Trattner. 1806.*» — A végén még egy címlap: «*Compendium elab. gramm. Hung. in usum inferiorum.*»

*B* jelöli a második füzetet, *C* a harmadikat és így tovább; az elsőt fölösleges lett volna *A*-val megjelölni.)

A kéziratot, hogy sajtó alá adhassuk, *Vida Aladár* nyug. gimnáziumi igazgató és ismert filológus másolta le lelkiismeretes gonddal. Nem változtattunk a kéziraton semmi egyebet,\* mint hogy elhagytuk (... jellel) azokat a szakaszokat, a melyekben csupán héber, arab és perzsa szókkal való egybevetések vannak, de azért ezekből is maradt a többi szakaszokban (s a régi két kötetben) annyi, a mennyi Révai eljárásának jellemzésére elegendő. Minthogy pedig Révai a keleti nyelvek szavait mindig átírja, a szedés megkönnyítésére a héber-betűs példákat is jobbára elhagytuk.

\*

Révai nyelvtanának e harmadik kötetét csak igen röviden, csak néhány részlet fölemlítésével kívánom jellemezni.

A szóképzés s a mondattan tárgyalásában Révai természeten ugyanazt a nyelvtörténeti módszert követi, a melyet a két első kötetből ismerünk. És noha a szóképzésben, különösen a ritkább képzőkre nézve, aránylag sokkal kevesebb nyelvtörténeti készség állott rendelkezésére, mint a ragozás tárgyalásában, mégis nem egyszer meglep a bizonyítékok bőségével s az alakok eredetének és fejlődésének találó magyarázatával. Legtöbbet idéz a régi nyelvből a szenvédő igéről s a *magyarok fejedelmök*-féle birtkos szerkezetről szóló szakaszokban. A műveltető képzők tárgyalásában már fölemlíti a régi

---

\* A nyilvánvaló tollhibákat (pl. *zabulum* e. h. *sabulum* C. 71. I. stb. eff.) hallgatolag kijavítottam. — Révai latin helyesírásában a *v* és *u* betűk régies használatát (*vsus*, *substantiuum* stb.) a másoló mellőzte, de egy-két más sajátosságot megtartott (pl. *consumare*<*consummare*×*consu-*  
*mere*), s ezeket nem tartottam olyan fontosaknak, hogy a korrektúrában kiegyengettem volna.

*alat, feket, nyugat* (igy) alakokat, szintúgy más helyeken tanulságos elavult szókat és formákat. A *ment* ige magyarázatára már említi a régi *men-ik* igét (47.), az *Enyed* helynév megfejtésére az *enyett* névutót (228.). A *-dalom* *delem* példái közt idézi a hűvösséget jelentő *hiedelmet* (213.). Érdekes, hogy a *fegyvernek* szó is előfordul nála a *-nok-nek* képző tárgyalásában a *tárnok*, *álnok* társaságában: «*De fegyver, arma, est fegyvernek, armorum curam habens*» (231.). De legnevezetesebb, hogy itt találjuk a a híres *nyék* szóra az eddig legrégibb jelentéses adatot, s e szerint kell helyreigazítani Szily Kálmán és Herman Ottó megállapítását (M. Ny. 1: 26). Révai azt mondja: «*Fuit nyék apud antiquos nostros ferarium*» (233.), tehát vadaskert, s így ezt a jelentést nem Garay János adta a szónak!

Különös, hogy egy párral dologban mégis vét a nyelvtörténeti módszer ellen. Legföltünöbb ez a *-ben* - *böl* - *be* ragok magyarázatában. A *-be* ragot ugyanis elemezhetetlennek tekinti s a többi kettőt a *-be* és az *-n*, *-ül* ragokból összetetteknek. Tehát megfeledkezik a HB. teljesebb *-belöl* és *-belé* alakjairól.

A képzők közül még a legritkábbakat is fólkutatja és magyarázza, s a miket mégsem tudott megfejteni, azokra nézve a rokon nyelvectől reméli a fölvilágosítást (259.). A *hall-ik*-féle szenvédő alakot már ő is összeveti, mint később Budenz, a rokon nyelvek *v* képzős alakjával (lapp *kullo-we-t*, audiri, 147.). A denominális *-it* képzőnek régi *ujjt*-féle alakját ebből magyarázza: *újjá-it*, azaz újjá tesz, s hogy az *ujjt*-ból *ujejt* («újéít») lett, ezt a hangváltoztatást igen helyesen az *i* hang szomszédágával okolja meg.

Igen érdekes, hogy az *s*-képzős melléknevek között (248.) külön foglalkozik az *alkalmatos*-féle szabálytalan képzésekkel; melyekből — mint ő mondja — szerencsére nem sok kapott lábra. Ezeket úgy magyarázza, hogy a «vi-

gyázatlan embereket» félrevezette a *folyamatos* és *éleme-*tes; nem vették észre a különbséget, hogy t. i. emezek *m-* képzős igékből származnak (*folyam-ik*, *élem-ik*). — Említést érdemel még az a körülmény, hogy Révai is, mint később Bopp, igen sok képzőt a létigéből származtat, még pedig különböző alakú létigékből: az ú ü melléknévképző őszerinte azonos a *va(gyon)* igével, a -só ső a héber és perzsa létigének igeneve stb. (a -só ső a. m. «existens, *geminum participio notiori*, *való et lévő*»).

A «keleti» nyelvek mellett mindig több tért enged a *finnugor* egyeztetéseknek, és szinte azt lehet mondani, hogy tüzesen tárgyalja a lapp, finn és észt szóképzést, s eközben sok szóegyeztetést fejteget. A *vénhed* ige *h-ját* azonosnak tartja a finn *vanha* 'vén' *h-jával* (45.). Az -it képzőnél idézi a lapp *patt-et-et* 'duzzasztani, dagasztani' igét, s azt mondja, hogy ennek a párra, a lapp *patt-an-et* 'duzzadni, dagadni' megfelel a magyar *patt-an-ás-nak*, 'pustula' (62.); ugyanott a lapp *tsabb-ot-et* ~ m. *szép-it*, az észt *ehh-it-ama* ~ m. *ék-it-eni*, *waib-oma* ~ *vaj-ud-ik* stb.\* S e képző tárgyalását azzal fejezi be, hogy «bősegesen idézte a példákat, mert gyönyörűen és szembe-tűnően bizonyítják nyelvünk rokonságát, nemcsak azonos képzőknek azonos használatával, hanem a legtöbb gyökérszónak is csodálatos egyezésével.» Igen hihető, hogy ha Révainak e meggyőző fejtegetései akkor minden járt megjelentek volna nyomtatásban, nagyon meggysították volna nálunk az összehasonlító nyelvészeti fejlődését és megizmosodását, s elejté vehették volna sok későbbi meddő küzdelemnek!

Végül még a *nyelvművelés* és *nyelvujítás* szempontjából is érdekes a grammaticának ez a befejező kötete.

\* Az *irgalom* megfejtése végett egyezteti az alapszóval a lapp *arjot* 'parcere' igét; de ez az ónorvég *eira* átvétele (Qvigstad).

Az ikes ragozás apológiájához (melyet a második részben tett közzé) csatlakozik itt a régi szenvedő alak tüzes védelme és a *magyaroknak fejedelmök*-félé szerkezet tüzes megokolása. A szenvedő igének a közbeszédben való elzüllését nagyon fájlalja s az irodalmi hagyomány helyességét hangoztatja: «Literati nostri, fideles eorum conservatores, quae gens ipsa suae mentis vigore clare sensit.» Hevesen megtámadja a Debreczeni grammatikát és (mint ő mondja) szégyenli Gyarmathi tévelygését. A *magyaroknak fejedelmök*: ezt a régibb és logikusabb szerkezetet nagy készülettel védi, s a *magyarok fejedelme* szerinte föltétlenül kárhoztatni való. Habozás nélkül helyreigazítja Mikes és Káldi eltérő kifejezéseit: *feleségünk* helyett azt kívánja *feleségeink*, *szemöket* és *nyelvöket* helyett *szemeiket* és *nyelveiket*; a *holtak lelke* helyett még a *holtak lelkei* sem elég neki, hanem így kell: a *holtak lelkeik*. Nyelvünknek újabb fejlődése ezekben a kérdésekben nem igazolta Révai fölfogását.\* Érdekes még, hogy a birtokviszony szerkezetében a *nek*-ragos kifejezésmódot utólag fejlődöttnek tartja s a ragtalan birtokost eredetibbnek gondolja (holott más nyelvtanírók szerint emezi a *nek* rag kihagyásával magyarázták s ezt a hihagyást hiányjellel jelezte még az Akadémia is 1856-ig.)

A mi a nyelvujítás szóalkotásához való viszonyát illeti, Révai szóképzéstana, ha a maga idejében megjelent volna is nyomtatásban, aligha sokat változtatott volna a nyelvujítók eljárásán. Megkülönböztet ugyan Révai olyan képzőket, melyek pl. minden igéhez járul-

---

\* Hogy a nyelvszokás ingadozása esetén visszatérjünk a régi nyelv szabályosságához és következetességéhez, az megbocsátható tévedés; hisz ugyanezt akarta még hatvan évvel Révai után Hunfalvy Pál és Szarvas Gábor az igeidők használatában. Csakhogy az uralkodó nyelvszokás ellen hiú minden erőködés.

hatnak, megkülönböztet továbbá gyakrabban és ritkábban előforduló képzőket. De nem teszi meg azt a lényeges és döntő fontosságú megkülönböztetést, melyet már egy évtizeddel később Versegynél megtalálunk s melynek elismerését utóbb Budenz József s a Magyar Nyelvőr vitta ki: hogy t. i. vannak élő képzők, melyek termékenyek maradtak és vannak ezekkel szemben elavult, holt képzők, melyekkel nem képezzük többé új szavakat.\* Igaz, hogy Révai is hibáztat egyes új képzéseket (pl. a *-mány* képzőnél a *példamányt* és *környülményt*), de viszont sok szót olyan módon elemez, hogy önkénytelen és öntudatlan is minthogy példát és serkentést ad az úgynevezett gyökelyvonásra. Az *esmér* szóból kikövetkezteti a szerinte «elavult» *esme* szót, 'notitia' jelentéssel (23.), tehát ugyanazt a szót, melyet később a nyelvújítók is megcsináltak *isme* alakban. A *gépelyból* kikövetkezteti a *gépet* (235.), épügy mint három évtizeddel később a nyelvújítók. A *hevenyében* alakból *heveny* 'fer-vida res' szót következtet (235., így már az 1750-i Phrasseologiában). Említi még a többi közt a *terep* főnevet (216.), mely Barótinál is megvan, de melléknévül, továbbá a *kegyet* (42., így már Antiqu. 87.), melyet költeményeiben is használt, és a *kellemet* ('placentia, libentia, placiditas' 195.,) melyet akkor már Kazinczy is használt munkáiban.

Mint e néhány vonásból is látszik, a grammatika harmadik része már tartalmánál fogva is sok tekintetben érdekes. De még érdekesebb a tudomány történetére

\* *Formativae verborum effoetae, ac proinde novis verbis formandis minus, imo nullatenus idoneae . . .* (Verseghy: Anal. inst. 1: 285). — Budenz J. Szótaglalások és valami a magyar szóképzés iskolai tanításáról. (Ny. K. 1867.) — Budenz J. A magyar szóképzés tárgyalásához. (A Nyr. első cikke, 1872.)

nézve, hogy Révai nagy alkotását most teljesebben ismerhetjük és megelégedéssel tölthet el bennünket, hogy ezzel legmártóbban rójuk le a kegyelet adóját nagy mesterünk iránt, ki szíve vérével dolgozott ez utolsó nagy munkáján.

Budapest, 1907. dec. 2.

*Simonyi Zsigmond.*

---

# CONSPECTVS OPERIS

## ET INDEX RERVM.

QVAE

CONTINENTVR VOLVMINE TERTIO.

---

## GRAMMATICA HVNGARICAE PARS QVARTA.

### ETYMOLOGIAE PARS SECVNDA.

#### DE VOCVM DERIVATIONE.

Notiones praeviae generales.	3.
§. I. Definitio derivationis.	3.
A. Uberior explanatio.	3.
B. Linguae origo.	4.
§. II. Partes in derivatione distinguendae.	8.
A. Radices.	9.
1. Radices nudae.	9.
2. Radices formatae.	10.
B. Voces afformantes.	11.
1. Sunt omnino voces significantes.	11.
2. Varie distinguuntur.	11.
a. Ab usu.	11.
1. Affomativa verbalia.	11.
2. Affomativa nominalia.	11.
3. Affomativa communia.	11.
4. Affomativa particularum.	14.
b. A figura.	14.
1. Affomativa affixa simplicia.	14.
2. Affixa affomativa composita.	14.
§. III. Ordo proponendi leges derivationum.	14.

#### SECTIO I. DE VERBORVM DERIVATIONE.

Notiones praeviae speciales.	16.
§. I. Affomativorum functio diversa.	16.

§. II. Afformativorum certus ordo.	16.
A. Ab affixione.	16.
B. A figura.	17.
§. III. Verborum genera, et species.	17.
A. Genera prima.	17.
B. Species variae.	18.
Cap. I. Verborum derivationes per afformativa simplicia.	18.
§. I. Rariora.	19.
A. <i>Am, em.</i>	19.
B. <i>Ap, ep.</i>	21.
C. <i>Ar, or, er, ör.</i>	22.
D. <i>Os, es.</i>	24.
E. <i>Ász, ész.</i>	26.
F. <i>Én, in.</i>	27.
§. II. Frequentissima.	30.
A. <i>El, ol, öl.</i>	30.
B. <i>En, an.</i>	35.
C. <i>Ag, eg, og, ög.</i>	40.
D. <i>Ad, od, ed, öd, et consona d acute sibilante ofz, öfz.</i>	42.
E. <i>Et, it, et asyllabum t.</i>	47.
1. <i>T asyllabum.</i>	47.
2. <i>Formativum et, at.</i>	51.
3. <i>Formativum it.</i>	53.
F. <i>Úl, útl.</i>	65.
G. <i>Az, oz, ez, öz.</i>	69.
H. <i>Ked, köd, kod, et consona d sibilante, kez, köz, koz. Öd, öd, cum sibilo rariore, öz, öz.</i>	74.
1. <i>Formativum ked, et kez.</i>	76.
2. <i>Formativum öd, öd.</i>	82.
Cap. II. Verborum derivationes per afformativa composita.	
§. I. Composita ex partibus duabus.	87.
A. <i>Lál, lél, lal, lel.</i>	77.
B. <i>Tal, tol, tel.</i>	89.
C. <i>Dal, del, rarius dál, dél.</i>	90.
D. <i>Gál, géł.</i>	91.
E. <i>Kál, kél.</i>	91.
F. <i>Tsál, tsél.</i>	92.
G. <i>Gat, get.</i>	92.

H. <i>Dos, des, dös.</i>	96.
I. <i>Doz, dez, döz.</i>	96.
K. <i>Kod, ked.</i>	97.
L. <i>Kos, kes.</i>	98.
M. <i>And, ond, end.</i>	98.
N. <i>Ony, eny.</i>	99.
O. <i>Ént, int.</i>	100.
§. II. Composita ex tribus partibus.	101.
A. <i>Dogal, degel, dögel</i> , vocali secunda etiam producta, <i>dogál, degél, dögél.</i>	101.
B. <i>Dokol, dekel, dököl.</i>	103.
Cap. III. Verborum derivationes per afformativa peculia, omnibus verborum speciebus nexilia.	104.
§. I. Afformativum factitivum, tam activorum, quam passivorum, minus <i>et, at, maius tet, tat.</i>	105.
A. Verba factitiva activa.	106.
1. De verbis monosyllabis.	106.
2. De verbis polysyllabis.	110.
B. Verba factitiva passiva.	118.
1. Errores hodierni in passivorum formatione.	124.
a. Formationis passivae vitia.	125.
b. Formationis passivae impugnatio, deterior obtrusa.	127.
2. Refutatio errorum.	131.
a. Passivae formationis, more factitivorum constabilitae, recta ratio.	131.
1) Formationis natura ex ipso formativo conveniente.	132.
2) Usus linguae perpetuus.	135.
a) Formationis vitia emendata.	140.
b) Usus linguarum affinium in formatione passiva.	145.
b. Impugnationum momenta futilia.	151.
1) Ambiguitas inepte quaesita.	151.
2) Activorum usus familiarior, prave et insulse obiectus.	153.
3) Participia activa, pro passivis usurpata, frustra adducuntur.	155.
4) Debretzinensium mendax afflictio.	156.

5) Datae ad speciem luculae, de verbo factitivo, et reflexo passivo, malo studio offusa obscuritas.	159.
6) Nugae postremae. c. Obtrusa passiva inepta, et absurdia.	159. 160.*
§. II. Afformativum potentialium.	162.
Cap. IV. Observations in verborum species per derivationes varie natas.	165.
§. I. Verborum species multiplices in linguis affinibus, non tamen adaequatae	166.
§. II. Verborum species numeratae in lingua nostra.	168.
A. Notiones praeviae.	169.
B. Ipsae verborum species.	170.
C. Animadversio in errores.	179.

## SECTIO II. DE NOMINVM DERIVATIONE.

Notiones praeviae speciales	183.
§. I. Ordo explanationis	183.
§. II. Formativorum ratio.	183.
Cap. I. Derivationes substantivorum	184.
§. I. De verbis tantum	185.
A. Per formativa frequentissima.	185.
1. Ás, és.	185.
2. At, et.	187.
B. Per formativa frequentiora.	188.
1. Ék.	188.
2. Lék.	190
C. Per formativa rariora.	191.
1. Ag, eg.	191.
2. Al, el.	193.
3. Ál, él.	194.
4. Am, em, öm, etiam ám.	195.
5. Ány, ény.	197.
6. Ász, eßz.	197.
7. Tso, tsó et asyllabum ts.	198.
8. Tag, teg.	199.
9. Dal, del.	200.
§. II. De verbis et nominibus.	202.

\* Eddig Révai maga készítette a tartalomjegyzéket, ezen túl a kiadó.

A. Per formativum frequentissimum.	202.
1. <i>Ság, ség.</i>	202.
B. Per formativa frequentiora.	206.
1. <i>Mány, mény.</i>	206.
2. <i>Vány, vény.</i>	208.
3. <i>Alom, elem.</i>	211.
4. <i>Dalom, delel.</i>	213.
C. Per formativa rariora.	214.
<i>Áb, éb.</i>	214.
<i>Ály, ély.</i>	214.
<i>Ap, ep, etiam ép.</i>	216.
<i>Ár, ér.</i>	217.
<i>Dék, etiam dök et dok.</i>	218.
<i>Ek, ok.</i>	219.
§. III. De nominibus tantum.	221.
A. Formativa diminutivorum.	221.
<i>Ke, ka.</i>	221.
<i>Ots-ka, ats-ka, ets-ke, öts-ke.</i>	222.
<i>Ad, ed, et consona geminata vocali praemissa dad, ded.</i>	225.
B. Cetera formativa.	227.
<i>Ad, ed, et asyllabum d.</i>	227.
<i>Ász, ész.</i>	228.
<i>Or, er, ör.</i>	229.
<i>Ad, ed.</i>	230.
<i>Áts.</i>	231.
<i>Nok, nek.</i>	231.
<i>Nyék.</i>	232.
<i>Tyű, tyu.</i>	233.
<i>Ony, eny.</i>	234.
<i>Aly, oly, ely, öly.</i>	235.
<i>Ontz, entz, öntz, et asyllabum tz.</i>	236.
Cap. II. Derivationes adiectivorum,	237.
§. I. De verbis tantum.	237.
<i>Ekeny, ékony.</i>	237.
<i>Ánk, énk.</i>	238.
§. II. De verbis et nominibus	239.
<i>Ta-lan, te-len, etiam atlan, etlen.</i>	239.
§. III. De nominibus tantum.	243.
<i>I. [i].</i>	243.

<i>As, os, es, ös; az, öz; aſz, oſz, eſz; sibilo in</i>	
<i>literam lingualement mutato ad, od, ed, öd.</i>	245.
<i>Ú, ü in adiectivis compositis.</i>	250.
<i>Beli.</i>	251.
<i>Nyi.</i>	252.
<i>Só, sö.</i>	253.
<i>Ag, og, eg.</i>	254.
<i>On, ön.</i>	255.
§. IV. <i>Ú, ü, a, e, i, o, ö</i> in participiis.	256.
Cap. IV. <i>Terminationes peregrinae.</i>	258.

## SECTIO III. DE PARTICULARUM DERIVATIONE.

Notiones praeviae speciales.	260.
§. I. Particularum genera.	260.
§. II. Origo et proprietas.	260.
Cap. I. De postpositionibus.	261.
§. I. Postpositionum prima cognitio.	261.
A. Nominis ratio.	261.
B. Divisiones potiores.	262.
1. Affixae et separatae.	262.
2. Nexiles et non nexiles cum pronomini- bus affixis.	262.
3. Simplices et auctae, seu compositae.	263.
C. Exempla, adiecta significatione communi.	264.
1. Postpositions separatae.	264.
A. cum affixis pronominibus nexiles.	264.
1. Excitata notione secundaria motus ad locum, quietis in locu, motus in locum.	264.
2. Notione secundaria latente.	265.
B. Cum affixis pronominibus non nexiles, no- tione secundaria latente.	266.
2. Postpositions affixae.	266.
A. Cum affixis pronominibus nexiles.	266.
B. Cum affixis pronominibus non nexiles.	266.
§. II. Postpositionum simplicium, etiam aucta- rum, sed monosyllabarum, origines, et signi- fications.	267.
A. Postpositions aliis augendis inservientes.	267.
1. <i>Et, est, estūl.</i>	267.
2. <i>Ent, int.</i>	269.
3. <i>Vá, motus ad locum.</i>	270.

4. <i>Ott</i> , quies in loco.	271.
5. <i>Ül</i> , motus de loco.	271.
B. Postpositiones simplices.	272.
1. <i>An</i> .	272.
2. <i>Be</i> .	273.
3. <i>Et</i> .	273.
4. <i>Ig</i> .	274.
5. <i>Hoz</i> .	275.
6. <i>Kor</i> .	275.
7. <i>Lag</i> .	275.
8. <i>Len</i> .	276.
9. <i>Nál</i> .	277.
9. <i>Nek</i> .	278.
10. <i>Ra</i> .	279.
11. <i>Szer</i> .	279.
12. <i>Tan</i> .	279.
13. <i>Ül</i> , instar, modus.	280.
14. <i>Vá</i> , mutatio.	280.
15. <i>Vel</i> .	281.
C. Postpositiones auctae, sed monosyllabae.	282.
1. <i>Ben</i> .	282.
2. <i>Ból</i> .	283.
3. <i>Ért</i> .	283.
4. <i>Ként</i> .	284.
5. <i>Óta</i> .	285.
6. <i>Ról</i> .	286.
7. <i>Tól</i> .	287.


## GRAMMATICAЕ HVNGARICAE PARS QVINTA. SYNTAXIS.

Sect. II. De constructione pronominum.	288.
Cap. I. De pronominum usu possessivo.	288.
§. I. Possessionum usus rectus.	288.
A. Possessionum regulae generales exemplis et notis illustratae	288.
1. Regulæ generales.	288.
2. Exempla.	291.
3. Notæ.	293.
B. Possessionum appellations variae, et con- sectaneae regulæ particulares.	295.

1. Possessiones ab accumulatione.	298.
2. Possessiones a collocatione.	298.
§. II. Possessionum usus vitiosus.	301.
A. Errorum frequentia olim et hodie.	301.
1. Errores scriptorum et vulgi.	301.
2. Errores grammaticorum.	301.
A. Veterum.	311.
B. Recentium.	302.
3. Errores distincte expositi.	303.
B. Errorum refutatio.	304.
1. Argumenta.	305.
2. Exempla,	
a. Exempla recta.	312.
b. Exempla vitiosa.	317.
Affixio possessiva ad particulas, quae postpositiones dicuntur.	325.
1. Observationes.	325.
2. Paradigmata.	327.
a) Postpositiones de eadem radice acceptis augmentis ad excitandam notionem motus ad locum, quietis in loco, motus de loco.	327.
b) Postpositiones non variantes ad excitandam motus vel quietis notionem.	332.
*	
Utószó (a kiadótól).	337.









**FRANKLIN-TÁRSULAT NYOMDÁJA.**